Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sibrand Johann Klein von

Disputatio Inauguralis. De Dominio Interimistico. Germanicè Interims-Eigenthumb

Rostochi[i]: Wepplingius, 1684

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0001
DFG

Ja-1125

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0002
DFG

I. N. J. C.

DISPUTATIO INAUGURALIS.

DE

DOMINIO INTERIMISTICO.

Germanicè

INTERIMS-Eigenthumb.

QVAM

DEO ADJUTORE

Decreto atq; Authoritate

Magnific. JCtorum Ordinis in Inclyta Universitate Patriâ

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO

ATq; CONSULTISSIMO

DN. JOHANNE SIBRANDO,

JCto famigeratissimo & Decretal. P. P.

hocque tempore Decano,

DN. FAUTORE ac PRÆCEPTORE nunquam non venerando.

Pro summis in utroque Jure honoribus ac Privilegiis

ritè consequendis

publico examini submittit

JOHANNES KLEIN/Rostochiensis,

IN AUDITORIO MAJORI

Ad Diem *Anno M DC LXXXIV.*

Horis Ante- & Pomeridianis.

ROSTOCHI, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0003
DFG

DEO
&
PATRIÆ

Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0004
DFG

Annue Tu cœptis Christe benigne meis!

CAPUT PRIMUM.

exhibens.

Varias Dominii acceptiones, Definitionem, Divisiones & termini INTERIMISTICI evolutionem.

SUMMARIA.

Introitus. n. 1.
Vox Dominij an rectè à δομάω, aut rectius ἀπὸ τοῦ δόμεναι, aut à verbo antiqvo Dubeno, aut omnium rectissimè à Domino derivetur, remissive n. 2. 3. 4. & 5.
Ratio ordinis n. 6.
Damnatur nimia scrupulositas inquirendi in vocis varias originationes n. 7.
Vox Dominii multifariam sumitur n. 8.
Præcipuè a. tribus modis n. 10.
1. *Latissime l. qvatenus (α) honoris, reverentiæ ac affectionis denotat titulum* n. 11.
Maritus ab uxore in jure dicitur Dominus n. 12. seqq.
Nec non Uxor Domina n. 15.
Filiꝰ à Patre Dominulus & Præceptor à Discipulo Dominꝰ n. 16
Olim obvij qviq; ipsorũ nominibus non succurrentibus dicebantur Domini. n. 18. seqq.
Hodiè Messieurs n. 20.
Mos ille salutandi Romanis non fuit incognitus n. 21.
Vocabulum Dominii aliqvando est Nomen Proprium *remissivè.* n. 22.
Vel (β) qvatenus sublimiorem

Impe-

imperandi denotat potestatem. n.23.
Explicatio L.9. ff. ad. L. Rhod. de jact. & L.3. ff. de his qvæ in test. del. n. 24.
Possessio Principis dicitur Possessio Dominica n.25.
Res Principis privata Res Dominica. n. 26.
Actor rei privatæ Principis Actor Dominicus n. 27.
Augustus, Tiberius & Alexander nomen Domini ut maledictum & contumeliosum exhoruerunt. n. 28.
Posteriores tamen Principes Dominos se Deosq; salutari non solum passi sunt sed & Edictis inscripserunt. n. 29.
Vox Domini, qvid in L.3. C. De Episc: Aud. denotet. n.30.
Qvos hodiè, Herren / Herren Standes-Personen und junge Herren dicamq; remissivè n.31.
(γ) Qvatenus Facultatem aliqvam & potestatem ad aliqvid concessam denotat. n.32.
Vox Dominij (II) Latè Pro qvavis juris in re specie: Servitute, Hereditate, Possessione & Pignore sumitur n.33. seqq.
Omnis ex jure in re actio generali nomine Vindicatio dicitur n. 35.
Vox Dominii (III) Propriè accipitur pro certâ juris in re specie, Possessioni, Servituti Pignori & hereditati contradistinctâ. n.36.
V. Dantur juris in re species. n.37
Actio ex Dominio descendens speciali nomine Rei Vindicatio dicitur. n. 38.
Synonyma Dominii. n.39.
Dominij definitio. n. 40
Explicatur definitio n.41. seqq
Vocabulum juris qvid in definitione denotet. n.44.
An rerum Incorporalium propriè ita dictum detur dominium. n.42. seqq
Dominiũ naturalem requirit apprehensionem. n.44.
Res incorporalis naturaliter apprehendi nequit n. 45.
Actio Rei vindicatoria non aliter qvàm de Rebus corporalibus competit. n.47.
Resolutio argumentorũ contrariorum remissivè n.48.
Cur, in definitione adjecta hæc reperiantur verba: Cujusq; propria est n. 49.
Tutores & Curatores Dominorum

rum loco sunt. eod. num.
Hi enim non jure proprietatis sed alieno nomine rem possident. n.50.
Variæ Dominii divisiones n.51.
Divisio Dominii ex jure Veteri in Bonitarium & Quiritarium n.51.
Ejus desuetudo. n.53.
Divisio Dominii secundum jus nostrum desumta ab effectu in Verum & Fictum n.54.
Explicatio Ficti Dominii n.55.
Divisio Dominii in Plenum & Minus Plenum. n.56.
Synonÿma Dominii Pleni n.57
Quisnam habeat Dominium Plenum. n.58.
Subdistinctio Dominÿ Minus Pleni in Directum & Utile. n.59.
Cuinam JCti Dominium Directi & Utile assignent. n.60.61
Admittunt JCti hanc distinctionem pro commodiori textuum evolutione n.62.
Alii planè eandem rejiciunt. n.63.seqq.
Non fundatur in Jure Civili. n. 64.
Erubescimus sine lege loqui eod. n.
Naturam dominÿ confundit n.65.
Nec illi, quibus JCti Dominium Utile tribuunt, Dominium habent. n.66.
Sæpius Dominis opponuntur. n.67.
Nostra sententia. n.68.
Dividitur porrò Dominium in Rei & Juris n.69.
Nostra circa hanc divisionem sententia remissivè. n.70.
Divisio præsenti themati magis conveniens in Perpetuum & Interimisticum n.71.
Ratio tractationis. n.72.
Non minus propriè dominium est, quod aliquando ab eo, qui interim habet, abiturum est, quàm quod perpetuò penes possessorem mansurum est. n.74.
Dominÿ divisio in Revocabile & Irrevocabile. n.76.
Rejicitur illa distinctio. n.76.
Ratio. n.78.
Cognito uno contrariorum cognoscitur & alterum. n.79.
Definitio Dominii Interimistici. n.80.
Ejus evolutio remissivè. n.81.
Vindicatur terminus Interimisticus ab injuriâ calumniantium. n.82.
Ratio ita formati Rubri. n.83.
seqq.

Ubi

Uti sunt hoc termino jam alii tàm JCti qvàm Historici. n. 85.
Sine novitatis & ambitionis crimine novis terminis uti licet n. 87.
Limitatio. n. 87.
Decretum Caroli V. in Causa religionis Augustæ Vindelicorum Interim Idib. Maj. Anno 1548. promulgatũ postea à Scriptoribus Decretum Interimisticum *dictum est. n. 89.*
Bellum qvoqve occasione illius Decreti exortum, bellum Interimisticũ *appellatum fuit. n. 90.*
Allegantur 2. Disputationes Juridicæ ubi in Rubro terminus Interimisticus *conspicuus est. n. 93. seq.*
Excusatio ita formati Rubri ad Lectorem. n. 95.
Definitio Etymologica vocabuli Interimistici *n. 97.*
Vox Interim, *qvid denotet absolutè posita. n. 98.*
Qvid juncta Dominio. 99.
Varii adducuntur juris textus in qvibus JCti de Dominio Interimistico *loqventes particulâ* INTERIM *utuntur. n. 100.*

1. DIcturus de **Dominio Interimistico** operæ precium facturus videor, si anteqvam ad exactiorem hujusce materiæ evolutionem descendam, pauca in antecessum *De Dominio in genere, ejus multiplici significatu, Divisione, Definitione, nec non genuinâ termini Interimistici* acceptione hoc capite primo præfari sustinuero; parum sollicitus, utrum Dominium rectè cum *Petro Gregorio Tholosan:* 2. *I. Syntagm. 12. n. 2. à δομάω* vel ut alii legunt *δαμάω*, quod latinis, *domo, subigo, subjicio* dicitur: *Val: Guilielm: Forster, Tract. de Dominio. c. 1. n. 2.* aut rectius cum *Alciato ad L.* 3. *17. §. differentia 1. de Acqvir. Possess. ἀπὸ τῦ δόμεναι à dando,* aut cum *Nicol. Perott. Cornu cop. col. 114. Lin. 33. & col. 455. lin. 2. à* 4. verbo antiquo *Dubeno,* qvod ab Hebræo *Thob,* qvo *bona* significantur, descendere docent *Ungebaur Exerc. Just. V. qv. 6.*

in

in Neg: Colleg. Juris Argent. Lib. XLI. Tit. 1. th. 2. Giphan. da Rubr. ff. de A. R. D. n. 4. Donell. Comm. Jur. Civ. Lib. IX. cap. 8. ibiq; Hillig. Enucl. in Not. lit. A. aut omniũ deniq; rectissimè cum Ampliss. 5.
Dn. Tabore in Elem. Jprud. P. 2. th. 6. Guiliel. Forster. all. loc. Rebhahn. Hodoget. Jur. Chart. 1. Clim. 2. §. 20. Vaconio â Vacuna. Lib. 2. Declaration. c. 43. n. 6. communiqve Dd. Scholâ â Domino, Dominus â domando, hoc â domo per leg. 195. §. 2. 6.
ibi: Qui in domo dominum habet ff. de V. S. derivetur. Uti enim prior ille labor haud parum ad meliorem præsentis thematis intelligentiam facturus est, ita posteriorem ceu â scopo nostro alienum, non inutili semper Criticorum ac Philologorum examini haud invitus relinqvo, non nescius ni- 7.
miâ in varias vocis inquirere derivationes curâ ingenii esse sœpius otiosè curiosi, nec curiosam tamen hanece sollicitudinem omnem in jure ritè dextrèqve evolvendo pagi-
nam absolvere. 8.

Vox Dominij uti multifariam apud bonos Authores, 9.
Lexicographos & in jure nostro passim pro materiarum varietate accipitur, ita heic famosiores saltem ejus significationes notasse sufficiat.

Tribus autem præcipuè illam in jure alibiqve accipi 10.
modis ex benè multis juris textibus communiqve Dd. calculo erudimur. 11.

I. LATISSIME, vel *qvatenus* (α) *honoris, reverentiæ, atqve affectionis denotat titulum Rebhan. supr. cit. loc. p. mihi 216. Eckolt. Comment. ff. de A. R. D. §. 1.* Ita Maritum ab 12.
Uxore *Dominum* salutari *carissimum* docet JCtus *Paulus in L. Eaqve 57. ff. de Donat. inter V. & U. L. Lucius. Titius 88. §. qvæ marito 2. verbis: Titii Domini mei ff. de Leg. 2.* cui adstipu- 13.
latur JCtus *Scævola in L. Cum qvis 37. §. Codicillis 5. verb. Maximo Domino meo ff. de Leg. 3.* qvod & Rescripto Divorum 14.
Imperatorum Diocletiani & Maximiani haud obscurè com-

comprobatur *in L. Si liqveat 8. §. Nam qvod 1. verbis. Consentiente Domino C. de inoff. Donat:* Cui addo *Nov. 74. c. 4. verbis. Qvia Vir vocabat Dominam cohærentem & ipsa illum similiter nominabat.* Nec non vicissim Maritos Uxores svavi ac blandienti *Dominæ* appellare nomine non uno adstruit loco JCtus Scævola, uti videre est, *ex L. Cum qvis 37. §. 4. verbis: Ad Julium Dominam. L. Uxorem. 41. pr. verbis: Peto à Te Domina Uxor: ff. de Leg. 3. L. Titia. 19. §. 1. verb. Domina. Sanctissima ff. de Ann. Leg. L. Medico suo 40. §. Uxori suæ verb. Semproniæ Dominæ meæ. ff. de Aur. argent. & mundo legat. junct. Nov. 74. c. 4.* Qvo parili in sensu filium à Patre *in L. Uxorem 41. §. Testamento 4. ff. de Leg. III. Dominulum* & Præceptorem à discipulo *Dominum* dici, *per Auth. Habitâ. C. Ne fil. pro Patr.* Dd. passim tradunt. *Eckholt. sup. cit. loc. §. 1.* A quibus haud multum abludere videntur *Brissonius de Verb. Signif. voc. Dominium & Besoldus in Thesaur. Pract. Edit. Noviss. voc.* Herr, asserentes, olim freqventi obtinuisse usu, ut obviam quiqve facti, nominibus ipsorum non succurrentibus *Domini* dicerentur; Cum qvo mores etiam nostros hodiè optimè convenire experientiâ omnium optimâ rerum Magistra erudimur, dum obviam procedentes, imò in genere omnes Amicos, termino à Gallis mutuato Messieurs salutamus: Quod nec Romanis etiam planè incognitum fuisse, docet *L. 26. ff. de Constit. Pecun. & L. Nessenius 22. ff. ad L. Falcidiam.* qvibus textibus JCti Paulus & Scævola, amicum ab amico *Dominum* appellari sveviſse tradunt. *Brisson. d. l. voc. voc. Dominium.* ubi m. non obiter observandum monet: Vocem *Domini* non nunqvàm Nomen Proprium esse.

(β) *Vel qvatenus sublimiorem imperandi designat potestatem:* de qvâ *L. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. & L. 3. ff. de his, qvæ in test. del* qvibus Imperator locis excellentiori qvodam signifi-

gnificatu *Dominus* dicitur, cum non infimi subsellii JCti24
intelligo; hucqve non ineptè referri posse autumo *L. 8. C. Theodos. de Indulg. Crimin. Lib. 9. Tit. 38. L. 2. Eod. Cod. Ne prætor Crim. Majest. Lib. 9. Tit. 6.* ceterasque loqvendi formulas, qvibus Possessio Principis, *Dominica Possessio in L. 8. C. Th.* 25
De Lustral. Collat. Lib. 13. Tit. 1. Res Principis privata, *Do-* 26
minica Res in L. 8. C. Th. de his qvi condition. propr. reliqver. Lib. 12. Tit. ult. & L. ult. Eod. Cod. de jur. Fisci. Lib. 10. Tit. 1. Actorqve rei privatæ Principis, *Actor Dominicus L. 11. C. Th. de* 27
jurisdict. Lib. 2. Tit. 1. & L. ult. Eod. Cod: De Conlat. fund. Patrim. Lib. II. Tit. 19. dicitur. Qvod Domini nomen, qvamvis 28
Augustus (qvod obiter saltem noto) *Sveton: in August. c. 53.* eumqve secutus Tiberius *Id. in Vit. Tiberii c. 27.* & Alexander. *Lamprid. in Vit. Alex.* ut maledictum & contumeliosum *Tacit. Annal. lib. 2. c. 87. Dio, lib. 57.* exhorruerint; Posteriores 29
tamen Principes tantum abest id aversati sint, ut potius se *Dominos* Deosque tum voce salutari passi sint, tum Edictis inscripserint. *Svet. in Domitian. c. 13. Martial. 9. Epigram. 64. & 84. L. fin. C. de A. l. R. P. Amaya. 1. Obs. 1. n. 67. seq.* Quorsum spectare videtur *L. Nemo. 3. C. de Episc. Audient.* ubi Imperatores Valentinianus, Theodosius & Arcadius simplici *Domini* appellatione *Principem* intelligunt: *Jacob. Mæstert.* 30
de Justit. LL. Roman. lib. 1. Dubio. IV. Cum quo convenit indoles linguæ nostræ, quâ hodie Magnates æquipollenti voce 31
Herren und Herren-standes Personen/ eorumque filios *junge Herren* vocari obtinuit *Brisson. de V. S. lib. IV. Voc. Dominium & Besold. Thes. Pract. Edit. Noviss. Voce. Herr.*

(γ) *Vel qvatenus facultatem potestatemqve ad aliquid* 32
concessam denotat. *Hahn. in Comm. ad Parat. Wes. Tit. 1. Lib. XLI. n. 3. verb. Dominium est jus.* Ita lite contestatâ Procu- 33
rator Dominus litis efficitur. *L. 4. §. fin. ff. de Appellat. L. 22. 23. C. de Procurat. Brisson. d Tr. Lib. IV. Voc. Dominus.*

34. II. LATE & IMPROPRIE, magis tamen JURIDICE, pro jure in re constituto, & quâvis ejus specie: Sic dominii appellatione venit (α) Servitus. L. 8. ff. De Reb. auth. jud. poss. L. 15. §. 8. ff. Quod vi aut clam. & Usus fructus. L. 3. ff. Si usus fr. pet. L. 8. pr. ff. De reb. auth. jud. Nov. 2. c. 4. vers. sed & Nov. 22. c. 45. (β) Hereditas. L. 48. ff. De hered. instit. L. 19. §. 3. ff. De Castrensi Pecul. L. 1. pr. De Success. Edict. §. ult. J. De Hered. qual. & diff. (γ) Pignus L. 48. ff. De Solution. (δ) Possessio. L. 78. ff. De V. S. L. 2. C. Ubi in rem act. L. 2. junct. L. 4. C. De Probat. L. 1. ff. De bon. possess. Cujac. L. 21. pr. De A. vel A. P. Borcholt. Tract. De
35. Possess. c. 6. n. 17. Actioqve in rem inde oriens Vindicatio appellatur. L. 12. §. 1. ff. Quib. mod. pign. solv. L. 25. ff. De O. & A. §. 15. J. De Act. tot. Rubr. ff. Si servitus vindic. L. un. §. 4. De Rem miss. L. fin. pr. De pign. act. L. 16. §. 3. De Pignor. L. 7. C. De O. & A. Sutholt. Dissert. 17. aph. 36. Wesenb. De inoff. test. n. 1. & De R. V. in fin. n. 5.

36. III. STRICTE & PROPRIE Pro certa juris in re specie, ita ut reliqvis qvatuor (qvinq; enim dari juris in re species verius
37. putamus cum Dn. Hahn. Dissert. De jure Rerum Concl. 33. & Ad Sutholt. Animadvers. 3. Ad Wes. tit. de Judic. n. 4. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exercit. 3. th. 88. & Exercit. 46. th. 63. Redeker. Ex. Instit. Tit. de R. D. q. 6. Brunnem. ad Parat. Wes. Tit. de R. D. q. 15. aliisque) juris in re speciebus, puta (α) Hereditati. L. 37 De Aqvirend. hæred. L. 4. ff. pr. Commnn. divid. Struv. S. J. G. d. Exercit. th. 44. & Exercit. seq. th. 3. aliique passim. (β) Servituti. L. 13. §. 1. C. De Judiciis. L. 1. §. 3. ff. De Remiss. L. 13. §. 1. ff De damn. infect. L. 7. §. 3. ff. De bon. qvæ lib. L. 4. pr. ff. Si servit. vindic. §. 2. J. Per qv. person. cuiqve acqvir. Et in specie Usufructui. L. 1. §. 1. & 2. ff. Ad Sctum Silan. L. 43. §. fin. ff. De furt. L. 25. ff. De V. S. (γ) Possessioni. L. 13. §. 2. C. De Judiciis L. 22. §. 1. ff. De Noxal. Action. & (δ) Pignori. L. 11. L. 19. in fin. ff. De damn. infect. L. 44. §. 5. De Usur. t. t. C. De de-

jur. Domin. impetr. contradistinguatur. *Bitsch. in Tr. de Thesauris. P. 2. Cap. 8. th. 131. Harprecht. in Comm. Ad Inst. Ad Tit. de R. D. pr. n. 11.* & specialem producat actionem, qu- 38.
rem corporalem, qvæ in Dominio nostro in specie ita dicto est persequimur, quæ *Rei Vindicatio* dicitur *t. t. ff. & C. & L. 1. §. 1. de R. V. §. 1. J de Action.*

In qvâ non jCtis saltem, sed & aliis Authoribus *Hahn.* 39.
supr. cit. loc. propriissimâ significatione in jure nostro passim Dominatio. *L. 64. ff. De Condict. indeb. L. 78. ff. De A. hered. L. fin. C. de Cens. & Censit. Lib. XI. & ibi Gothofred.* Jus Dominii. *L. 4. C. De ædific. privat. t. t. C. De Jur. domin. impetr.* Patrimonium. *pr. J. de R. D. & A. R. D. L. 5. pr. ff. Pro Derelict.* Manus. *pr. J. de Libertin.* Potestas. *L. 215. ff. de V. S.* Proprietas â re qvæsita. *§. 44. 45. J. de R. D. L. 9. §. 3. junct. §. 6. 7. L. 10. §. 2. L. 36. ff. de A. R. D.* Dominium proprietatis. *L. 4. C. de Probat. L. 74. ff. de furt. L. 17. ff. Qvib. mod. usus fr. L. 12. ff. Ad L. Aquil. L. 16. §. 1. ff. de Usu & Habit. L. 7. §. Si servum. ff. de dolo.* Jus Proprietatis. *L. 13. C. de Pœnis.* dicitur.

Definiturqve, salvo aliter sentientium, qvos longâ ci- 40.
tant serie *Harpr. in Comm. Inst. pr. de R. D. n. 8. & Guilielm. Forster. supr. all. Tr. de Dominio: Cap. IV.* calculo: Qvod fit *JUS. L. 195. §. 2. ff. de V. S. L. 13. C. de Pœnis L. 4. C. de Ædific. privat. L. 2. C. de Præscript. 30. ann. L. fin. C. de fund. Patrim: L. 6. C. De pact. inter E. & V. Ludwell. Disp. Just. IV. th. 3. Eckh. ad Tit. ff. de A. R. D. th. 2. Petr. Gilken. in Prælud. Ad Tit. Inst. de R. D. n. 41.* QVO RES, PRÆSERTIM CORPORALIS. *§. 40. J. de R. D. L. 2. §. 1. ff. de Relig. & Sumpt. funer. L. 43. §. 1 ff. de A. R. D. L. 1. §. 1. ff. Ad SCtum Silan. L. 25. ff. de V. S. L. 30. ff. de Nox. Act. L. 6. pr. ff. de R. V. L. 15. §. fin. De Inoff. test. L. 43. §. 12. ff. de furt. §. notabili 2. J. de Action. L. 4. pr. ff. Comm. Divid. L. 3. pr. ff. de A. vel A. P.* CUIUSQVE PROPRIA EST. L. *Cum duobus. 52. §. 10. inibi: Deinceps rem* propriam *habeat ff. Prosocio L. Si Procurator. 13. pr. ff. de*

f. R. D. L. 13. C. de Pœn. L. 12. C. Mandat. L. 6. § 3. C. de secund. Iupt. L. 9. C. De Judeis. Tabor. Jprud. Elem. P. 2. th. 1. n. 7. Kedeker. Exam. Instit. ad Tit. de R. D. Quæst. 7. Bocer. Class. 5. Disp. 3. Hahn. ad Wes. Tit. de A. R. D. n. 3. p. mihi 484. C. J. A. Ad Tit. de A. R. D. th. 3. Schnob. Disp. ff. XX. th. 1. Eckolt. supr. cit. loc.

41. Volupe fuit definire Dominium per *JUS:* Ubi non cum *Struv. in S. J. C. Exercit. XI. Th. 4. facultatem & potestatem* duntaxat intelligo; sed cum *Hahnio proximè all. loc. p. m. 484. illud ipsum jus, propter quod res nostra est, & qvidem in re constitutum juxta L. 3. C. de Præscript. 30. ann. junct. L. 13. §. 1. & L. 19. ff. de damn. infect. add. Rubr. C. de Jur. domin. impetr.*

42. Addere placuit: (2) *qvo res præsertim* CORPORALIS. Saniorem enim utiq; illorum credo esse sententiam, qvi apertis juris textibus firmissimisqve muniti rationibus *Dominium* non nisi *impropriè & in secundâ eâq; latiori acceptione* de *Rebus Incorporalibus* prædicari posse doctè asserunt, quamvis contrarium magno defendere annisu non dubitent *Wissenbach. P. 2. Disp. ff. 18. th. 2. Eckolt. in Comm. ff. Lib. XLI. Tit. 1. §. 7. Treutl. Vol. II. Disp. XX. th. 1. Lit. L. ibiqve Bachov. Hackelman. Decad. 4. qvæst. 2. Ungebaur. Exercit. Just. V. th. 3. in Ajo p. 42. & 43. Hunnius Lib. 2. Tract. 1. Resol. jur. Civ. q. V.*

43. Tum (1) qvod Dominium ex naturali possessione, qvæ na-
44. turalem exigit apprehensionem *L. 43. §. 1. ff. de A. R. D. t. t. J. de Reb. Corpor. & Incorporal.* utpote sine quâ acqviri non potest *L. Cum res 11. C. de Probat. L. Qvi prædium. 13. C. de distract. pign.* originem trahat. *L. 1. § 1. ff. de Acqvr. Poss.*

45. Res autem incorporalis, qvia extrà intellectum non realiter existit, nec naturaliter apprehendi neque per consequens *propriè* in dominio esse possit. *L. 25. ff. de V. S. § 1. in fin. J. de Action. t. t. ff. & C. de R. V. L. 1. ff. de Usu & Usufr. leg. L. 9. ff. Rem. pupill. salv. fore L. 3. L. 8. de Reb. auth. jud.*

poss.

poss. Dn. Redeker. Exam. Instit. ad Tit. de R. D. qu. 7. Nicolaus Beckman. in Comm. Instit. ad Tit. de R. D. Lit. B. p. mihi 233. Cujac. Lib. X. obs. 16. Ludw. Disp. Inst. IV. th. 3. Lit. C. Schneidew. ad §. 11. J. de R. D. n. 2. Donell. in Comm. Lib. IX. c. 8. ibique Hillig. Lit. D. Coras. Lib. VI. Miscell. cap. XX. Strub. Exerc. XI. th. 4. Meierus C. J. A. ad Lib. XLI. Tit. 1. th. 3. Ubi tale nectit ratiocinium: Qvod naturaliter acqviritur per possessionem, illud aut est corpus, aut corporis proprium accidens L. 3. pr. ff. de A. vel A. P. At rerum dominia naturaliter acqviruntur per possessionem L. 1. § 1. d. t. E. Rerum Dominium aut corpus est, aut corporis proprium accidens: At perspicuum est dominium non ipsum corpus esse E. Necesse est, proprium esse corporis accidens. Tum (2) Qvod 46
dominium rebus incorporalibus expresse opponatur L. 4. pr. ff. Comm. divid. L. 11. L. 13. §. 1. L. 19. pr. ff. de damn. infect. L. un. §. 3. ff. de Remiss. L. 25. pr. ff. de V. S. Tum (3) qvod concesso Dominio juris l. rerum incorporalium, seqveretur (α) Unam duntaxat esse actionis realis causam contra L. 14. § 2. ff. de Except. rei jud. (β) Præter dominium nullum aliud jus in re dari, contra L. 30. ff. de Noxalib. Act. L. 71. § fin. ff. de Leg. 1. L. 181. ff. de V. S. L. 177. ff. de R. I. L. 16. C. de Præd. Min. (γ) Dari dominium Obligationis & Actionis, sicqve fieri meram juris in re & juris ad rem confusionem Hahn. Dissert. De Jur. Rerum. concluf. 30. n. 7. Svendendorffer. in Not. ad Eckolt. Comm. ff. Tit. de A. R. D. th. 4. verb. Ab objecto dissecitur. p. m. 945. Ubi divisionem dominii in Proprietatis & juris s. rerum corporalium & incorporalium, non solum frustraneam esse, sed etiam planè sine ratione inventam, haud titubanti animo asserere neutiqvam veretur. Tum 47
denique ultimò, qvod actio, qvæ ex dominio propriè ita dicto descendit, puta *Rei Vindicatio*, non aliter qvàm de Rebus Corporalibus competat. L. 1. L. *fin rem.* 6. L. *Vindicatio.* 56.

tio 56. ff. de R. V. § 2. vers. Quod genus J. de Act. L. 4. pr. Comm. Divid. C. J. A. d. l. Harpr. pr. J. de R. D. Mantz. Comm. Ration. J. de R. D. Ad Rubr. n. 17. Qvas rationes in præsentiarum sufficere posse reor, ceteræ apud Dd. occurrent.

48 Adjeci ultimò in definitione: *Cujusq.* PROPRIA EST. Ut vel hisce differentiam sisterem verbis specificam inter *Dominum*, omnesque illos, *qvi Domino similes sunt, dominorumq. loco habentur*; qvales sunt Tutores Curatores aliiqve L. 27. ff.
49. *de Administrat. Tut.* L. *Qvi fundum*, 7. §: *si tutor.* 3. ff: *Pro emtore* L. 56. §. 4. ff. *de furt.* L. 157. ff. *de R. J. Brisson. de V. S. Lib. IV. voc. Dominium. p. mihi* 493. *Struv. S. J. C. Exercit.* 17. *th.* 61. Cum hi rem corporalem, non *jure proprietatis*,
50. qvæ pars dominii est proprie ita dicti. *Hahn. d. l. n.* 4. *verb. Partes Dominii sunt. Brunnem: in Parat. Wes. ad Tit. de A. R. D. qvæst.* 3. sed *alieno nomine* habeant.

51. *Dividitur Dominium* variè à Juris Interpretibus, qvarum tamen plurimæ divisiones potius *Nominis* sunt, qvàm *Rei*. Non suâ interim in jure commodè explicando rectèqve tradendo destituuntur utilitate: Inde est, qvod à benè multis JCtis ceu *Magistrales* in Scholis æqve ac foro facillimè & admittantur & retineantur teste *Harprechto in Comm. I. ad Tit. de R. D. n.* 23. *& Hahn. d. n.* 4. *verb. Dominij species.*

52. Secundum *Veterem Dominium* dividebatur *Jurisprudentiam* in QUIRITARIUM, qvod haud pauci *Civile* dicunt, cum res jure Qviritium nostra erat, utpote solenniter mancipata, in jure cessa, usucapione qvæsita vel adjudicata: Et BONITARIUM qvod multis *Naturale* audit, cum res sine ulla solennitate tradita in bonis nostris erat, nec adhuc per annum possessa. *Ulpian. fragm. Tit.* 2. § 11. *& Tit.* 19 §. 19. *Theophil. ad §. ult. J. de Libertin. Brisson: Selectar. Jur. Civ. Antiqvit. Lib. IV. c.* 22. *& de V. S. Lib. IV. Voc. Dominium. Cujac. Lib. XI. obs.* 35. *Ludwel. Ad J. Diss. IV. th. IV. Lit. A.*

Harpr.

Harpr. ad pr. I. de R. D. n. 52. Gothofred. Ad Rubr. C. De Nud. 53.
jur. Qvirit. toll. Hæc tamen distinctio, ut antiquæ subtilitatis ludibrium â Justiniano Sacratissimo nostro Imperatore L. *Un.* C. *De Nud. Jur. Qvirit. toll.* & L. *Un.* C. *De Usucap. transform:* postea sublata est. *Redeker. supr. all. loc. q. 9. in fin. Bitsch. in Tract De Thesauris, P. 2. Cap. 2. Brisson. proximè all. loc. Wissenbach. Comm. ff. part. 2. Disp. 18.*

Secundum *Justinianeam Dominium* discimus dividi *Ju-* 54.
risprudentiam ab effectu (1) In *VERUM* quo res vel jure Gentium *t. t. J. de R. D.* & *A. R. D.* & vel jure Civili, *Ulpian. t. t. 19. Lib.* 1. verè nobis qvæsita est: & PRÆSUMTUM VEL QVASI DOMINIUM qvo res licet reverâ non sit, svadente tamen æqvitate fingitur qvæsita: Sic fingitur (α) res acqvisita jure Prætorio, qvæ jure Civili nondum 55.
nostra erat; Unde *Actio Publiciana. §. 4. J. de Action.* L. 1. *& t. t. ff. de Public. in rem act. Bachov. in Tr. Special. De Actionibus. Disp. 3. Th. 15. circa fin. Lauterbach. in compend. Jur. Ad Tit. de Publ. in rem act.* (β) Res qvæ jure Civili amissa jâm erat, jure Prætorio nondum amissa: Unde actio *Usucapionis Rescissoria. §. 5. J. de Action.* L. *fin.* C. *Qvib. ex causis major.* L. 24. C. *de R. V. Beckman. in Comm. Instit. ad Tit. de R. D. §* 1. *Lit. B. Hahn. Ad Parat. Wes. de A. R. D. n. 4. pag. mihi* 489. *& in Dissert. de Jur. Rer. th.* 44.

II. IN PLENUM, qvod proprietati conjunctum habet usumfructum & omne emolumentum L. 17. *in fin. ff.* 56.
De R. V. L. 4. *ff. De aliment. leg.* L. 116. *§* 1. *ff. de V. O.* L. 17. *in fin. ff. Qvib. mod. ususfr. amittatur.* Dicitur alias Plena potestas. *§. fin. J. De Usufr.* Pleno jure Dominium. L. 11. C. *de Act. emt. d.* L. 17. *ff. Qvib. mod. ususfr.* Plenum jus L. 17. *ff. De R. V.* ET MINUS PLENUM, qvod ab usufructu separatum est. L. 46. *ff. de usufr.* L. 116. *§.* 1. *ff. de V. O.* L. 13. *V. §* 6. L. 57. *§ fin.* 57.
ff. de

ff. de usufruct. L. 11. C. *de Act. emt.* L. 3. § 1. C. *De secund Nupt. Beckman. supr. all. loc. Ludwell. Disp. IV. th.* 4. *Lit. B.* alias Nuda proprietas *L.* 19. *ff. de usufr. leg.* Dominium proprietatis L. 17. *ff. qvib. mod. usus fr. amiit.* L. 12. *ff. ad* L. *Aqvil.* Hocqve

58. Dominium JCti tribuunt Domino Emphyteusis. *arg.* § 3. *J. de Loc. & Cond.* L. 1. § 1. *ff. Si ager. vectig. pet.* Soli superficiario L. 1. § 4. *ff. de Superfic.* & Feudum concedenti. *arg.* l. 2. *F. 8. & 2. F.* 47.

59. Dominium MINUS PLENUM Dd. subdistinguunt in DIRECTUM: Germ. Daß mehrer Eygenthumb & UTILE Germ. Das minder eygenthum *Bitsch. Tract. de Thesaur. P.* 2. *c.* 8. § 164. Illud esse asserentes, qvod per jâm jâm dicta Dominus em-

60. phyteusis, feudi & soli superficiarii; Hoc verô, qvod em-

61. phyteuta. *arg.* L. 1. § 1. *ff. Si ager vectigal: pet, Johann. Baptista Valenzuela Velazquez Consil. Lib.* 1. *Cons.* 3. *n.* 10. Vasallus *arg. versic. Rei autem 2. F. 8. & 2. F. 23. in fin. Eckolt. Comm. ff. Tit. de A. R. D. n.* 3. & Superficiarius. *arg.* L. 73. § 1. L. 74. *ff. de R. V.* habent *Hahn. d. l. n.* 4. *verb. Dominij species* Qvam

62. distinctionem non admittentes, qvamvis accuratissimus Bachovius *in Not. Ad Wes. tit. De A. R. D. n.* 4. *& Ad Treutl. Disp.* 15. *Vol.* 1. *Lit. G.* ineptos *& in Tr. de Action. Disp.* 1. *th.* 14. superstitiosos vocitet, magniqve nominis JCti ceu usu fori generaliqve Praxi receptissimam. *Hunn. Var. Resolut. Lib.* 2. *Tract.* 1. *qvæst.* 7. *Frantzk. Tract. de Laudemiis. cap.* 14. *n.* 9. *Eckolt. supr. cit. loc. Harprecht. Comm. Inst. ad Tit. de R. D. ad pr. n.* 41. *Bitsch. d. Tr. p.* 2. *c.* 8. *p.* 152. & Magistralem. *Forester. Tract. special. de Dominio. cap. V.* § 40. non solum admittant, sed in explicatione ac commodiori textuum etiam civilium evolutione frequenter adhibeant. *Redeker. Exam. Instit. Tit. R. D. q.* 9. *Frantz. d. l. Stryk. In Exam. Jur. Feud. tit. cap. de Præscript. feud. alibiqve. Brunnem: in Parat. Wes. de A. R. D.* 9. *Reyger. in Thesauro jur. Lit. D. pag.* 1090. *n.* 67. *Wes. in*

Parat.

Parat. ff. De A. R. D. n. 4. ibique Habnius verb. Species Dominij. p. m. 489. Wurmser. Nucl. jur. controverſ. lib. 2. tit. 1. in Additam. Bachov. all. loc. & in Tr. De Act. Diſp: 1. th. 14. Bartol. ad L. Siqvis. 17. §. Differentia. 1. n. 5. De A. vel A. P. Bald. ibidem in pr. Caſtrenſis. n. 4. Alciatus n. 20. Alii tamen non minoris cenſuræ juris Interpretes tantum abeſt, ut in ſcholis, 63
in qvibus *ad* normam juris Juſtinianei omnia examinanda eſſe docet *Guilielmus Forſter. d. Tr. de Dominio cap. V, n. 40. p. mihi 37.* illam retinendam eſſe aſſerant, qvin potius eandem, ut â Dd. confictam *Wiſſenbach. Comm. ff. Part. 2. Diſp. 18. Ad Tit. de A. R. D. n. 14. col. mihi 814. & ad Inſt. Diſp. IX. § 21. pag. mihi 113.* â jure Juſtinianeo alienam *Bitſch. d. tr. de Theſauris P. 2. C. 8. §. 128. 146. 152. 163. & 175.* ineptam *Vultej: Lib. 1. Diſcept. 19. & Ad pr. J. Qvib. alien. lic. l. non. n. 16.* & chymeram flammis ornandam & cremandam *Andr. ab Iſern. in cap. Un. De feud. ſin. culp. non amitt. Nicol. Intrigliolus in Tr. de feud. qvæſt. 9. n. 19.* ex Academiis rejiciendam & eliminandam eſſe haud titubanti animo affirmare neutiqvam vereantur. Tum (1) quod nullâ Lege, ſine qvâ tamen loqvi 64
JCtis erubeſcendum eſt. *Nov. 18. c. 5. pr. L. 19. ibi: eò, qvod nulla Conſtitutio. L. Diſſentientis, 5. ibi: Nulla juris præcipit Conſtitutio. C. de Repudiis.* defendi poſſit. *Harpr. d. l. n. 42. Niell: Diſp. Feud. 3. th. 6 Lit. B. Forſter. d. Tr. de Dominio. c. V. n. 40.* Ubi communiter Dd. *Ad L. Naturaliter. §. Nil commune. ff. De A. P.* aſſererе tradit: *Utilis Dominij vocem nec in Pandectis nec Codice reperiri.* (2) Naturam Dominii confundat. *Ludwell.* 65
Diſp. Juſtin. IV. th. 4. Lit. D. (3) Nec illi ipſi, qvibus â Dd. *utile Dominium* aſſignatur, dominium habeant, qvin non unoin loco ſæpius dominis contradiſtinguantur. *Notabili L. 1. §. 1. ff. Stager vectig. pet: L. 1. 2. 3. C. de Jure Emphyt. 2. F. 23. L. 9. §. 4. & L. 18. § 4. ff. De damn. infect. L. 1. §. 1. & 4. ff. De ſuperficieb. L. 15. ff. Qvi potior. ſunt in pign: Anton. Faber. Lib*

2. Conject. c. 11. & Lib. 23. Err. Pragm. c. 2. Valent. Forster. Lib. 2. De Succeſſ. c. 18. n. 42. & Ad L. 4. C. De Probat. Ungebaur. Exercit. Iuſt. V. q. 3. p. m. 206. ubi hanc diſtinctionem ex poſteriorum ſeculorum fecibus promanaſſe ait. *Harpr. d. l.* aliiq; qvorum hic prolixiorem nectit catalogum.

68. Ceterùm qvæcunqve tandem circa hanc, magnis in utramqve partem diſputatam motibus qvæſtionem aliis ſedeat ſententia, eqvidem ſalvo aliter ſentientium calculo, ſalvisqve juris juſtinianei principiis, diſtinctionem Dominii in *Directum* & *utile*, ceu Magiſtralem non planè è ſcholis putarem relegandam eſſe, præprimis, cum communi fori uſu confirmata inque ſummo Tribunali Cameræ Imperialis recepta. *Roſenthal. de Feud. cap. 1. Concl. 6. Lit. A.* in Deciſionibus Doctorumque Conſiliis hodiè frequentiſſimè occurrat; qvò manum practico olim admoturi ſtudio, horum ſimiliumqve terminorum non deſtituti notitiâ, Practicos eò melius ſcriptores intelligere majoriqve cum fructu legere volvereqve valeamus.

69. Addunt Dd. hiſce non nulli diviſionem *Dominij* in REI ſ. PROPRIETATIS. *§. ult. J. de Uſufr.* L. *Si cujus. 13. in pr.* L. *Sed ſi. 15. §. Proprietatis 6.* L. *Dominus 57. §. ult. ff. De uſufr.* L. *17. ff. Quib. mod. uſusfr. amittatur.* L. *Proprietatis. 4. C. De Probation.* L. *fructus. 33. ff. De R. V.* USUS FRUCTUS L. *3. in fin. ff. Si uſusfr. pet.* L. *8. pr. De Reb. auth. jud. poſſ: Nov. 2. c. 4. verſ. ſed &* L. *Jubemus. 14. § ult. C. De S. S. Eccl:* POSSESSIONIS. *L. 2. inibi: Domino Poſſeſſionis. C. Ubi in rem act. exerc. deb.* L. *2. C. Theod. De bonis Matern. &* JURIS. *Hunn. ſupr. cit. loc. qvæſt. 5.* Gœdd. *ad L. 25. &* L. *49. ff. De V. S. Valent. Riemer. Dec. 4. qvæſt. 2. Cujac. in Parat. ff. De A. R. D. & Lib. X. Obſ. 16. Borcholt. Ad Tit. ff. De A. vel A. P. c. 6. n. 17. Bocer. Claſſ. V. D. 2. th. 3. Reyger. Th. jur. Lit. D. Voc. Dominium. p. mihi. 1090. n. 67.*

Cete-

Cetèrum cùm jàm *num. 42. seqq.* supr. ad nauseam fe- 70
rè demonstratum dederim, Dominium non *nisi impropriè & abusivè* saltem de Rebus incorporalibus juribusqve prædicari posse. *Strauch. Dissert. V. aph. 9. p. mihi 73. aliique inibi longa serie allegati JCti*, non ero in hâc examinandâ divisione justò prolixior, illam potius *Nominis* qvâm *Rei* cum *Harprechto. Ad. pr. de R. D. n. 49. Ludwello Disp. IV. th. IV. Lit. C. Gyphan. Rittersh Ad §. 11. J. De R. D. aliisqve juris Doctoribus* apprimè doctis statuens.

Magis ad præsentem nostri laboris scopum facere vi- 71
detur divisio, qvâ *Dominium* in PERPETUUM. *§. 3. I. De Noxas Lib: Act. ibi: in perpetuum ejus transfertur Dominium*, *Brunnem. in Parat. Wes. Tit. De A. R. D. qvæst. 4. infin.* & INTERIMISTICUM. *L. 12. §. 2. ff. De Usufr. L. 48. pr. ff. De A. R. D. L. 12. §. 2. ff. Famil. erciscund. L. 29. ff. De mort. causâ. donat. Qvod dicto Dn. Brunnem all. loc.* TEMPORALE dicitur, non inepte
sed commodè distinguitur; eò majori consideratione ex- 72
actioriqve evolutione digna mihi visa, qvò veram Dominii, qvod vel *in perpetuum* vel *Interim* penes possessorem est, 73
magis convenienter naturam exprimit, & ut univoci in
sua univocata ceteris nominalibus Dominii divisionibus
meliori præferri jure meretur: In eo siqvidem saniores 74
conveniunt JCti, qvod cum illud non minus propriè loqvendo verum sit Dominium, qvod aliqvando ab eo, qvi *Interim* habet, abiturum speratur. *L. Notabili. 66. ff. de R. V.* qvam qvod *perpetuò* penes possessorem mansurum est. *Hahn. in Paratit. Ad Wes. tit. de A. R. D. n. 3. Verb. Est etiam verum. p. mihi 487. Bitsch. sæpius all. Tract. De Thesauris. P. 2. Cap. 8. n. 182.* hæc vera ac realis Dominii divisio sit diciqve mereatur.

Dicitur autem *Dominium perpetuum*, qvod â nolente 75
Domino *L. 11. ff. de R. J.* nunqvam abiturum est, & INTE-

 RIMISTI-

RIMISTICUM, qvod aliqvando ab eo, qvi INTERIM illud habet, abiturum speratur. *d. l. 66. ff. de R. V.* Illud Alii IRRE-
76 VOCABILE; hoc REVOCABILE, termino qvamvis magè latino, rei tamen naturæ non usqve adeò convenienti
77 appellant: Illud siquidem extra omnem dubietatis aleam positum arbitror, in determinandâ ac definiendâ dominii naturâ, terminisqve rebus aptè imponendis non ad rei vel Dominii revocationem & amissionem, sed constitutionem & effectum, qvi in Dominio, vel qvod *Perpetuò* aut qvod *Interim* penes Dominum mansurum est, convenientius, per *nõ Perpetuum & Interimisticum*, qvàm *nõ Revocabi-*
78 *le & Irrevocabile* fiktitur. Enimverò uti vel nudâ duntaxat appellatione *Dominij Interimistici* nullus non, nisi particulæ *Interim* genuinam ignoraverit significationem, illud statim intelligit dominium, vi cujus *Dominus Interimisticus* omnia illa *medio tempore*, anteqvam sc. ab ipso iterum abeat Dominium, in fundo, cujus *interim* Dominium habet, (nisi expressâ Lege aliud cautum reperiatur) facere potest, qvod alias *Dominus Perpetuus* in fundo, cujus *in perpetuum* Dominium habet, facere non prohibetur: Ita per *Dominium Revocabile* nullum sibi alium conceptum primo qvidem intuitu formare potest, qvàm qvod hoc Dominium ab alio revocari possit: qvi tamen conceptus non effectum Dominii, sed ejus amittendi modum fistit; quamvis non negaverim per bonam, ut loquuntur, consequentiam priorem *Dominij Interimistici* clariorem conceptum etiam ex termino *nõ revocabile* erui posse.

79 Ceterum cùm cognito uno contrariorum facili & alterum cognoscatur negotio. *Arist. 1. Topic. 24. & 2. cap. 2. Cicero in Topic. & 2. De Orat.* nullus dubito, si, qvid *Dominium Interimisticum* sit, per definitionem cognoverimus, nos simul intellecturos, qvid sit *Dominium Perpetuum. arg. pr. I.*

De his

De his, qvi sui vel alien. jur. sunt. Quare cum Inscriptio Inauguralis hujusce Dissertationis tractationem *Dominii Interimistici* promittat, ut Rubrum Nigro respondeat, illud definio: Qvod sit JUS, QVO RES CORPORALIS INTE- 80
RIM CUJUSQVE PROPRIA EST.

Videretur qvidem hæc definitio exactiorem desiderare 81.
evolutionem; at enim, cum qvæ supra *n. 41. seqq.* fusius dicta sunt, huc commodè trahi possint, brevitatis studio, ne crambem bis coctam iterum apponam B. L. illuc remitto, id potius quantâ fieri poterit brevitate acturus, ut hunc ter- 82.
minum, qvi multis novus & juri parum conveniens videri possit, ab injuriâ calumniantium vindicem.

Inscribere Disputationem hanc DE DOMINIO IN- 83.
TERIMISTICO sustinui, non nescius á non paucis mihi vitio versum iri, qvod, cum hoc epitheton puram sapere haud videatur *latinitatem*, qvin á verâ ejus indole usuqve bonorum ac classicorum Scriptorum longè potius alienum deprehendatur, in formando tamen Rubro temerè eodem uti ausus sim; Verum sciant illi, me non novi prorsus 84.
ac antea inauditi qvid hic commentum fuisse, nec captandæ gloriolæ ergo, qvam benè multos hodiè in conscribendis Disputationibus Rubrisqve illis apponendis aucupari tanto allaborare videmus studio, hunc usurpasse terminum, sed aliorum Clarissimorum & Jctorum & Histori- 85.
corum vestigiis inhæsisse, qvi non spernendis moti rationibus jàm diu hoc vocabulum sibi in lectionibus publicis æq; ac privatis Disputationibus habuêre familiarissimum, rati illo ipso veram rei, cujus tum interpretationem tractabant, apprimè, convenienter ac commodè naturam exprimi posse. Ut enim taceam, sine ambitionis ac novitatis crimine, ubi de rebus solliciti sumus, verbis negotium 86.
qvàm proximè explicantibus, etsi latinitati tam exactè non con-

77 conveniant, uti nullibi interdictum deprehendi. *Pac. Isag: in Decret. Tit. de Treug. & Pac. n. 5.* qvin potius hanc libertatem omnibus permitti, si latinum vocabulum æque commodum ad exprimendam rei naturam non obvium
88 sit: Nemo sanè, nisi in Historiâ planè hospes audiri velit, inficiabitur, hoc vocabulum scriptoribus superioris æqvè ac præsentis seculi fuisse maximè usitatum & freqventissi-
89 mum; Illud siqvidem notius esse credo, qvàm ut prolixiori indigere videatur deductione; Decretum illud famigeratissimum Sacratissimi Imperatoris Caroli. V. in caussa Religionis *interim* Augustæ Vindelicorum Idib. Maij. Anno 1548. publicatum postea *Decretum Interimisticum* communiter à Scriptoribus illius ævi appellatum, imo & bellum occasione illius Decreti contra Magdeburgenses or-
90 tum *Interimisticum* dictum fuisse. *Borcholdens. ad Instr. Pac. P. 1. Discurs. 1. n. 34. Osiander in Histor. Ecclesiast. Cent. 16. Lib. 2. c. 69. 70. 71. Lit. G. Johan. Schleidan. De statu Religion. Lib. 20.* Cui sententiæ haud parum roboris addere videtur pactum illud *Interimisticum* Der *Interims*-Vergleich/ inter Regem Daniæ & Ducem Holsatiæ circa Annum. 1663. de mutando Contributionis modo initum, cujus mentio injicitur in Scripto illo defensorio Regis Daniæ contra Ducem Holsatiæ, qvod superiori Anno publici juris factum est & inscribitur. Nachricht von Ihrer Königl. Maytt. zu Dennemarck/ Norwegen &c. &c. Wieder des Herren Hertzogs zu Schleßwig-Hollstein-Gottorff/ &c. &c. Fürstl. Durchl. annoch habenden rechtmäßigen Beschwerden und Ansprüchen *p.* 13.

91. Nec qvemqvam latere puto, JCtos Germaniæ Clarissimos in ritè explicandis variis juris materiis hunc inde mutuatum terminum *Interimisticum* usurpasse & hodienum adhuc
92 usurpare; Ita non semel in Lectionibus *Ad DN. Lauterbachii*

bachii Compendium juris sub Excell. Dn. Radovio, Præceptore ac Fautore meo ad urnam æstimatissimo habitis me audivisse memini: Bonæ fidei possessorem fructus bonâ fide perceptos Dominio Interimistico suos facere. per L. 48. pr. ff. de A.R.D. 93
Quod idem egregiè confirmant duæ Disputationes Juridicæ, quarum una De Interdicto Interimistico conscripta, â Friderico Strykio Francofurti cis Viadrum, publico submissa est examini sub Præsidio Magnif. Dn. Samuelis Strykij, Præceptoris mei ante quinquennium nunquam satis venerandi; altera vero De Tutore Interimistico â Joh. Christoph. Gambrechts. doctè concinnata publici juris facta est Altorfi Anno 1682. Vid. omninò infr. c. 2. n. ult. 94

Quare sine notâ me dimittet Lector Benivolus, qui Historicorum & JCtorum mihi suo exemplo præeuntium premens vestigia, vocabulo Interimistico Disputationi præsenti præmisso, non minus commodè ac convenienter illius Dominii, quod Interim Domino conceditur & aliquando iterum ab ipso abiturum speratur, indolem exprimi posse neutiquam dubitavi. 95. 96.

Pergendum jàm tandem foret ad ipsam Dominii Interimistici Doctrinam, Formam, Casus, in quibus dictum Dominium locum sibi vindicare noscitur, nec non Effectus ipsius sistendo, nisi vel binis saltem verbis natales hujus vocis repetere non absre fore videretur; quare.

Breviter moneo: Vocabulum Interimisticum desciende- 97
re ab Adverbio INTERIM, quod idem significat ac INTEREA. L. 7. pr. ff. De jur. deliber. & dum medium alicujus notat. L. Sulpitius 49. ff. de Donat. int. V. & U. L. 1. §. 1. L. 6. §. 1. ff. de stat. lib. L. Si quis 36. ff. de Noxal. act. L. qui ad certum 14. ff. Locat. Cond. L. Libertus. 17. §. in quæstione 12. ff. Ad municipal. Ungebaur. Exerc. just. V. in Nego. p. mihi 247. Johan. Strauch. in Lex. Particul. jur. voce INTERIM. ubi in hanc sententiam

allegat. Magon. Flor. Decis. 90, n. 13. Struv: Syntagm. Jur. Civ. Exercit. 45. th. 2. Dominio junctum illud denotare dominium, quod quis MEDIO TEMPORE L. 1. §. 4. Ad SCtum Silan. L. 9. ff. de statu liber. L. ubi autem 4. §. sed & Marcellus. ff. De in diem addict. L. 45. pr. ff. ad L. Falcid. arg. L. 11. ff. de Testam. Tutel. antequam rem restituere teneatur, habet.

98. 390 Huc pertinent varii juris textus, in quibus JCti De Dominio Interimistico locuti expressè particulâ INTERIM, quæ temporis intermedii limitativa est & pendentiam importat. (Vid. Tusch: Pract. Conclus. Tom. 11. Lit: D. Concl: 298. Magon. Florentin. Decis: 90. n. 13. Cephal. Consil. 450. n. 27. Octavian. Vulpell: De Præposit. & Adverb. signific. sub dict. interdum. vers: interim. p. 52. usi sunt. uti est L. 12. §. 5. verb. quæ INTERIM heredis est. ff. De usufr. L. Si mortis. 29. versic. Si vero. verb. INTERIM autem ff. de mortis causa donat. L. Bonæ fidei. 48. verb. suos INTERIM facit. ff. de A. R. D. L. 1. §. 4. verb. INTERIM ejus esse. Ad. SCtum Silan. L. 12. §. 2. ff. Famil: erciscund. verb. INTERIM heredum est, & versic. seq: verb. INTERIM est heredum L. 5. verb. ut emtor INTERIM eos sibi suo jure perciperet. ff. De Leg: Commiss. L. 4. ibi Dixi INTERIM ff. Si usufr. pet: quorum & similium occasione, hanc pertexere equidem telam in Nomine Sacræ & Individuæ Triadis orsus sum.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM;

Breviter sistens.

FORMAM & CASUS, in quibus DOMINIUM INTERIMISTICUM locum habere noscitur.

SUMMARIA.

Continuatio n.1.

Forma Dominii Interimistici in quibus consistat. n.2.3.4.5.6. & 7.

Diversitas Casuum impedit methodicè illos arte sistere. n.8. & 9.

Maritus constante matrimonio ex veriori JCtorum sententiâ dotis Dominus dicitur n.10.

Quod tamen Dominium non Perpetuum sed Interimisticum est. n.11.

Bonæ fidei possessor fructuum b. f. perceptorum Interimisticum habet Dominium. n.12.

Bonæ fidei possessor Dominorem suam vindicanti omnes fructus restituere tenetur. n.13.

B. f. Possessor, quod fructus attinet, penè Domini loco est. n.14.

Ipsi idem in fructibus percipiendis jus datur, quod prædiorum Dominis tributum est. n.15.

Particula INTERIM hatt allezeit etwas hinter Ihm. n.16.

Heres rei sub conditione legatæ Interimisticus Dominus est n.18.

Rei purè legatæ Dominium statim à morte testatoris ad legatarium transit. n.19.

Imò & ad legatarii heredes, quamvis legatarius ante aditam ab herede hereditatem decesserit, transmittitur. n.20

Legati conditionalis dies demum cedit conditione existente. n.21.

Hinc legatarius decedens tale legatum ad heredes non transmittit. n.22.

Textus varij quibus rei sub conditione legatæ Dominium Interimisticum probatur. n.23.

Rei venditæ & in diem addictæ emtor Interimisticus Dominus est. n.24.

Quomodo res vendita in diem

diem addicatur. n. 25.
Hac emtio statim perfecta est n. 27.
Re ita venditâ, per traditionem Dominium, aut certè usucapiendi ejus conditio, in emtorem transfertur. n. 28. 29.
Emtor fructus interim suos facit. n. 30.
Omnia commoda & incommoda percipit. n. 31.
Existente conditione emtio perfecta resolvitur. n. 32.
Ita ut retrò ab initio pro non facta habeatur. n. 33.
Emtor statim Dominus esse desinit. n. 34.
Pactum Legis Commissoriæ cum Pacto addictionis in diē magnam habet affinitatem n. 35
Emtor rei sub pacto Legis Commissoriæ venditæ Dominus Interimisticus est. n. 36.
Quomodo sub hoc pacto res vendatur. n. 37.
Pendente hâc conditione emtor Dominus est n. 38.
Et Usucapio procedit. n. 39
Fructus facit Interim suos & periculum rei sustinet n. 40.
Existente conditione emtio & Dominii translatio ipso jure retrò solvitur. n. 41.
Ut ab initio nil actum videatur. n. 42.
Venditor ipso jure sine rei traditione Dominium recipit. n. 43
Emtor rem cum omnibus accessionibus & fructibus Interim perceptis restituere tenetur. n. 44. & 45.
Reique venditæ Dominus esse desinit n. 46.
Heredes statuliberi Interimisticum Dominium habent. n. 47.
Quisnam sit statuliber. n. 48.
Existens conditio facit statuliberum desinere esse heredem. n. 49.
Non tamen efficit, ne Interim videatur heredis esse. n. 50. 51.
Creditor, qui in fundo, in majorem crediti securitatem sibi oppignorato, non soluto debito, nec tamen legitimo luendi tempore præterito, recens jus Dominii impetravit, ejus fundi Interimisticus Dominus est n. 53.
Creditor per constitutionem pignoris rei oppignoratæ neutiquam Dominus est. n. 54.
Res oppignorata non Creditoris,

ris, sed debitoris est n.55.
Caussa pignoris à Dominio plane separata est n.56.
Nullâqve societate ei conjungitur. n.57.
Creditor Domino opponitur. n.58.
Diserte Dominus esse negatur. n.59.
Postqvam tamen in pignore jus dominii legitimè impetravit, reverâ & mero jure Dominus est. n.68.
Qvod dominium soluto l. oblato intra constitutum tempus debito rursus ad debitorem abit. n.61.
Donatarius, cui fundus mortis causa donatus, antequam à donatore fundus revocetur, fundi donati Interimisticus Dominus esse creditur n.62.
Donatarius, revocatâ donatione, rem cum omni causâ restituit. n.63.
Antequàm tamen res revocetur, fructus medio tempore perceptos jure Dominii Interimistici suos facit n.64.&65.
Datur Donatario interim Rei vindicatio n.66.
Rei vindicatio effectus dominii est, hinc nemininiſi Domino competit. n.67.
Libertus, cui Patronus filios non habens, omnem suam substantiam vel partem ejus donavit, rei donatæ, antequàm liberi superveniant, Interimisticus Dominus est. n.68.
A qvo supervenientibus liberis omne Donatum iterum ad Donatorem revertitur. n.69.
Et ipso jure Dominiũ abit. n.70.
Verbum rẽ Revocare regulariter præsupponit præexistentem actus validitatem. n.71.
Dominium Interimisticum in omnibus rebus restitutioni obnoxiis locum habet. n.73.
Qvod modis res restitutioni fiat obnoxia n.74.75.76.seqq. usqve ad n.92.
Transitus ad alios casus Dominii Interimistici. n.92.
Heres rei per fideicommissum restitui jussæ Interimisticus Dominus est. n.93.
Restituendi necessitas ipsam rem afficit. n.94.
Dominium tamen non mutat.
Res restitutioni obnoxia Interim & pleno jure, dum dies & conditio pendet, in Dominio ejus

jus est, non cui eadem restitui debere speratur, sed qui restituere debet. eod. n. 95.
Emtor rei sub pacto retrovenditionis venditæ Interimsticus Dominus est. n. 96. 97.
Talis enim fundus pleno jure in Dominio emtoris est. n. 98.
Qvamvis non in perpetuum. n. 99.
Interimisticum Dominiũ in omni retractu & jure πρωτιμήσεως locum habet. n. 100.
Ratio. n. 101.
Ædificans in suo solo ex aliena materia illius materiæ Dominus Interimisticus esse creditur, remissivè. n. 102.
Item, Vasallus, Emphyteuta, aliiqve, qvibus Dd. utile tribuunt Dominium, ex sententiâ Hahnij dicuntur Domini Interimistici. n. 103.
Qvâ ratione & ex qvibus principiis illa sustineri ac defendi possit opinio. n. 104.
Rejicitur sententia existimantium, in Commodato irregulari Dominium Interimisticum locũ habere n. 105. & seqq.
Qvid sit Commodatum irregulare n. 107.
Commodatum irregulare formam Commodati essentialem subvertit. n. 108.
Forma dat esse rei n. 109.
Commodatum nec Dominium nec possessionẽ, sed usum solum modo rei in Commodatarium transfert n. 110.
Manet enim penes commodantẽ actio rei vindicatoria. n. 111.
In contrahentium potestate non est, pactis immutare contractus essentiam, salvo contractus nomine & naturâ n. 112.
Commodatum, per qvod transfertur Dominium non magis rectè commodatum dici meretur, qvam feudum, remissâ fidelitate & matrimonium deficiente Consensu Patris n. 113.
Tale enim feudum non manet amplius feudum, sed in aliam contractꝰ speciẽ degenerat. n. 114
Si re priveris, nec nomen habere mereris. n. 116.
Qvænam sit differentia inter bonæ fidei possessorem & Usufructuarium ratione fructuum percipiendorum. n. 117.
Fructuum, qvos nec fructuarius, nec alius ejus nomine â solo separavit, sed tertius proprio nomine, proprietarius Dominus Interimisticus est. n. ult.

Præ

PRæmissâ Capite præcedenti *Dominii Interimistici* Definitione tàm *Nominali* qvàm *Reali*, hoc *Cap. II.* FORMAM ejus ac CASUS, in qvibus dictum Dominium locum habere intelligitur, paucis exhibiturus sum. 1.

FORMAM absolvunt reqvisita essentialia, qvæ cum Dominio in genere considerato ferè coincidunt: Hinc reqviritur (1) ut Res corporalis. *L. 43. §. 1. ff. De A. R. D. L. 50. ff. De Rei Vind. L. 25. ff. De V. S.* â (2) Domino vel Lege *L. 20. pr. ff. De A. R. D. L. 5. §. 1. ff. Qvando dies leg. §. 40. J. De A. R. L. 55. ff. De O. & A. L. 2. ff. De his, qvi sui l. alien. jur. sunt. L. Id qvod nostrum est. ff. De R. J. L. Nemo potest. 55. ff. Eod. c. Nemo 79. De R. J. in 6to. L. 3. C. De R. V. L. Cum â Matre. 14. C. Eod. Mantz. in Comm. J. Ration. ad § fin. De hered. qval. & diff. n. ult. & ad §. 2. J. De Legat. n. 29.* (3) Ex justâ & habili ad transferendum Dominium caussâ, puta venditionis, Donationis, Legati, Dotis &c. *§. 4. J. De Action. L. Nunquam. 31. ff. De A. R. D.* (4) tradatur. *§. 40. J. De R. D. & 20. C. de Pactis.* Et (5) ab eo, in quem fit alienatio bona fide interim. *L. Bonæ fidei 48. ff. De A. R. D. L. 12. §. 5. ff. De usufruct.* (6) Possidenda. *L. Cum res 12. C. de Probat. L. Qvæ prædium. 13. C. De distr. pign. L. 8. C. de Act. emt. L. Hæsi. 47. de R. V.* (7) Accipiatur. *L. in Omnibus. 55. ff. De O. & Act.* (8) aut certè â possessore b. f. interim retineatur. *L. 48. ff. De A. R. D. L. 12. §. 2. ff. Famil. ercisc. L. 12. §. 5. ff. De usufr. L. 1. §. 4. ff. de statuliber.* 2. 3. 4. 5. 6. 7.

CASUS, in qvibus *Dominium Interimisticum* locum sibi vendicat, pro diversitate materiarum sub variis juris titulis diversos qvoqve deprehendo; qvos proinde nullo ordine notatos methodica Tibi arte, Lector Benivole, tradere haud necessarium duxi, certus an aliis alii præferantur, an verò postponantur parum aut nil referre. Veniam interim abs tuo mihi candore polliceor, si nimiâ præpeditus festinatione unum alterumve forsan casum neglexerim; in 8. 9.

qvè tamen, qvod in subseqvèntibus juris esse jàm jàm dicturus sum, idem etiam haud dubiè obtinebit.

10. Initium autem à Marito faciam, qvi durante matrimonio prædii dotalis, ex veriori JCtorum sententiâ, Dominus dicitur. *pr. J. Qvib. alien. lic. vel non L. 7. §. ult. L. 69. §. 8. L. 75. ff. De jur. dot. L. 23. C. Eod. L. 13. §. 1. ff. De fund. dot. L. 21. §. 4. ff. Ad Municipal. L. 9. C. De R. V. C. J. A. Lib. 13. tit. 3. th. 21. seqq.* qvod pluribus rationibus atqve argumentis demonstrat, *Henric. Bocer. in Tract. ad L. 23. De Regul. Jur. Cap. 4. n. 103.* Qvod tamen Dominium, cùm non perpe-

11. tuò penes ipsum mansurum, sed soluto per divortium, morte aut aliâ justâ ex caussâ matrimonio *L. 1. & t. t. ff. De divort. & repud.* iterum ab ipso abiturum sit, *L. 30. C. De jur. dot. L. 2. & t. t. ff. & C. Solut. matrim.* non *perpetuum* sed *Interimisticum* esse, cum summi Nominis JCtis audacter asserere non dubito. *Confer: Johann. Baptist. Valenzuela Velaquez. Consil. Tom. 1. Consil. 31. n. 44. seqq. Mevius. Ad Jus Lubec. Lib. 1. Tit. V. art. 8. n. 5. Brunnem. Ad L. 30. C. De jur. dot. Carpzov. P. 2. C. 42. Def. 19. n. 20. seqq. & C. 1. Def. 18. n. 12. Lauterbach. ad Tit. ff. De Censib. in medio. Redeker Exam. Instit. ad Tit. De R. D. pr. q. 9. Hahn. ad Tit. ff. De A. R. D. & de jur. dot.*

12. Ita (2) non rei qvidem *L. pen. & ult. ff. De Public. in rem, act. L. 9. ff. De R. V.* fructuum tamen bona fide perceptorum illum reor habere *Dominium Interimisticum*, qvi ignorans rem alienem esse, aut putans certè venditorem, forsan qvia Procurator aut Tutor alterius est, jus vendendi habere *L. Bonæ fidei emtor. 109. ff. de V. S.* à non Domino sive ex caussâ onerosâ sive lucrativâ bonâ fide fundum accepit. *§. 35. J. de R. D. ibique Dd. L. Notabili. 48. ff. De A. R. D. ibiqve Dn.*

13. *Brunnem. L. 25. §. 1. ff. De Usuris. L. 136. ff. de R. I.* Hic enim cum Domino vero supervenienti. *L. fin. & pen. ff. de Public. in rem. action. junct. L. 9. ff. de R. V.* remqve suam cum omnibus

omni

mni caussâ & emolumento vindicanti. *L. 17. ff.* L. 2, 20. *L.* 34. *de R. V.* L. 28. *ff. De usuris.* L. 29. *ff. de hered. petit.* qvam- 14.
vis, qvod fructus attinet, penè Domini loco sit, per ea, qvæ tradit JCtus *Paulus in* L. 48. *ff. de A. R. D.* & idem in fructibus percipiendis ipsi jus detur, qvod Dominis prædiorum tributum est. Docente *Ulpiano in* L. 25. § 1. *ff. de Usuris* o. 15.
mnes omninò fructus extantes restituere teneatur *L. Notabili*, 22. *C. de R. V.* fructuum bona fide *Interim* perceptorum non *perpetuum* sed *interimistisum* duntaxat habuisse Dominium creditur; Qvod clarè satis affirmat *JCtus Paulus in* 16.
d. L. 48. *ff. de A. R. D. quando notanter particulâ* INTERIM Welche allezeit hatt etwas hinter Ihm. *Dn. Radovius in Programm. Diss. Inaugurali. De fructibus: Præ-Nobiliss. Dn. Ddi* Weißen/ *præmisso* utitur, docens: Bonæ fidei emtorem *non dubiè* percipiendo fructus ex alienâ re INTERIM *suos facere.* Cum qvo convenit, qvod aliqvando illud dominium ab 17.
ipso abire ipsetur *d. l.* 22. *C. De R. V. Vid. Brunnem. supr. all.* loc. *& in Exercit. Just. ad §.* 35. *J. de R. D. Redeker ad Tit. J. De R. D. pr. qv.* 9. *Hahn. ad Wes. Tit. De A. R. D. n.* 3. *p. mihi.* 489. *Carpzov. Par.* 3. *Consl.* 33. *Def.* 29. *n.* 7. 8. *Cyn. ad* L. 22. *C. De R. V. n.* 5. *Hilliger ad Donell. Lib.* 4. *c.* 25. *Lit. F. Harprecht. ad §.* 35. *J. De R. D. ibiqve all. Dd.*

Similiter (3.) heredes defuncti, Titio vel Me- 18.
vio rem sub conditione honestâ & possibili. *arg.* L. 5. §. 4. *ff. Qn. dies leg.* legantis, nondum existente conditione rei sub conditione legatæ *interimistici* Domini esse creduntur, *L.* 12. §. 2. *ff. Fomil. erisc.* L. 12. §. *Julianus.* 19.
5. *ff. de usufr.* Qvamvis enim purè legatorum Dominium ipso jure statim â morte defuncti in legatarios transferatur. *L.* 5. §. 1. *ff. Qn. dies legati ibiqve* Dn. *Brunnem.* L. 28. *in fin. ff. eod. Carpzov. P.* 2. *C.* 28. *D.* 8. *n.* 2. *Gail. Lib.* 2. *obs.* 143. *Klock. Cons.* 104. *n.* 36. *seq.* etiam ante apertas tabulas. *L. Ult.* §. 1. *&* 20
5. *C.*

§. C. De Caduc. toll. ibique Brunnem. L. 3. C. De fideicomm. & ili-
usmodi legata ad heredes legatarii transmittantur, licet hic
ante aditam ab herede hereditatem fatis concesserit. L. 5. pr.
ff. Quando dies legat, ibique Dn. Brunnem. Legati tamen con-
ditionalis dies demum cedit i. e. tale legatum incipit debe-
21. ri. L. 213. ff. de V. S. existente conditione. d. L. 5. § 2. ff. Qn.
dies leg. ced. adeòqve si legatarius vitâ defungatur, tale lega-
tum ad suos ipse heredes neutiqvam transmittit. L. 12. princ.
L. 4. & 5. ff. Qn. dies leg. ced. ibique Brunnem. Ricc. Collect. De-
22. cis. 359. Gail. 2. Obs. 132. inag. L. Un. §. 7. C. De Caduc toll.
Hinc heredes testatoris rei sub conditione legatæ INTERIM
23. Domini sunt: Qvam doctrinam elegantissimo confirmat
responso JCtus Ulpianus in L. 12. §. 2. ff. Famil. ercisc. ibi:
Res, qvæ sub conditione legata est INTERIM heredum est, &
in L. 12. §. 5. versic. Exemplo rei sub conditione legatæ, quæ IN-
TERIM heredis est. ff. De usufruct. Nec non L. 1. §. 4. ibi:
Nam MEDIO TEMPORE heredis est, nec conditio existens
facit, ne videatur INTERIM ejus esse. ff. De SCto Silan. cui
qvoqve suum sententiæ adjicit calculum Julianus in L. 4.
Dixi INTERIM cum proprietate usumfructum esse. ff. Si usus-
24. fr. pet. ibique Brunnem. junct. L. 66. ff. de R. V.

Idem omninò (4) dicendum arbitror De re vendi-
tâ & in diem addictâ, eâ scilicet, quâ res sub hoc pacto ve-
25. niit, ut si venditori melior allata fuerit conditio, ipsi liceat
meliorem offerenti conditionem rem sub hoc resolutivo
pacto venditam addicere, sicqve â priori venditione rece-
26. dere, docente JCto Paulo in L. 1. ff. De in diem addict. & L. 2.
§. 4. ff. Pro. emtore. Qvis enim dubitet, cum istius modi em-
tio purè & sub resolutivâ vel ut Dd. loquuntur Resolutoriâ
Mantica. De Tacit. & ambig. conv. Lib. IV. Tit. 28. n. 20. condi-
tione contracta L. 2. pr. ff. De in dico add. L. 41. ff. De R. V.
Lauterbach. Compend. jur. Civ. h. t. ubi in hanc sententiam al-
legat.

legat. Maul: De contrab. emt. tit. 7. n. 12. statim sit perfecta L.
L. 2. §. 4. ff. Pro emt. arg. L. 3. ff. De contrab. emtion. Mantica. 26
d. l. Hahn. ad Wesenb: h. t. n. 3. Brüssel. Tract. De Condit. Lib.
4, tit. 5. n. 1. 3. in fin. Dominiumqve per subsequentem tra-
ditionem L. 4. §. 3. *ff. De in diem add. arg.* L. 41. *ff. De R. V.*
Mantica. d. l. n. 4. Lauterbach. supr. all. loc. vel usucapien- 27.
di conditio transferatur. L. 2. §. 1. *ff. h. t. L. 2. §. 4. ff. Pro em-* 28.
tore. Mantica. d. l. n. 5. Lauterbach. h. t. Hahn. Ad Wesenb. 29.
h. t. n. 3. Brunneman. in Comm. ff. Ad L. 1. & 2. De in diem add. 30.
Vi cujus emtor INTERIM fructus ex re illâ perceptos suos
facit. L. 4. §. 4. *ff. h. t. L. 6. pr. eod. L. 2. §. 4. ff. Pro emt; arg. L. 5.* 31.
ff. De L. Commiss. Mantic. d. l. n. 6. omniaqve commoda &
incommoda percipit. *L. 4. §. 4. ff. h. t.* existente verò illâ 32.
conditione emtio perfecta resolvatur. *L. 2. pr. L. 9. ff. De in*
diem addict. ita ut retrò ab initio pro non factâ habeatur. 33.
docente JCto Javoleno *in elegantissimâ L. 19. ff. De Usurpat.*
& usucap. & Africano *in L. 6. §. 1. ff. De diversis & temporal.*
præscript. Mantic. d. l. n. 10. Hahn. ad Tit. ff. De in diem addict.
n. 3. verb. Unde omne periculum. p. m. 630. Brunnem: all. loc.
n. 1. & Ad L. 41. ff. De R. V. C. I. A. Lib. 18. tit. 2. th. 16. p. m.
1042. Frantzk. h. t. n. 9. Bachov: Ad Treutl. Vol. 1. Disp. 28.
th. 9. Lit. D. ferè in fine. emtorqve statim Dominus esse desi- 34.
nat *L. 1. in fin. ff. h. t.* hunc non *perpetuum* sed *Interimisticum*,
saltem *Dominum* esse.

Cum *Pactum Legis Commissoriæ* teste *Manticâ De Tacit.* 35.
& ambiguis. Convent. Lib. IV. Tit. 29. n. 1. in multis æqvipa-
retur *Pacto addictionis in diem*, non dubito, qvin & rei
sub hoc pacto venditæ emtor (5.) *Dominium Interimisti-*
cum habeat. Enim verò, si res sub hâc resolutivâ conditio- 36.
ne venierit; *Mantic. d. l. n. 2. Zœs. ad Tit. ff. De Leg. Com-*
miss. n. 3. C. *l. A. h. t. Lauterbach. in Compend. jur. eod.* ut
pretio non soluto res inemta sit. *L. 2. & 4. ff. h. t. L. 5. eod.*

pendente illâ emtor rei traditæ dominus est. *Brussel. De*
37 *Condit. Lib. 4. Tit. 5. n. 3. C. I. A. h. t. th. 3.* Lauterbach. *d. l. p.*
38. *m. 250.* & usucapio procedit. L. *2. 8. Sabinus. 3. ff. Pro emtor.*
Mantic. d. l. n. 3. ita ut vi hujusce dominii omnes fructus *in-*
39 *terim* suos faciat, asserente *JCto Neratio in L. 5. ff. De L. Com-*
40 *miss.* & periculum rei sustineat. *L. 2. in fin. ff. h. t. L. 20. §.*
1. ff. De P. V. L. 2. §. 1. L. 3. ff. De in diem add. Burg. De *peric. &*
culpâ c. 7. n. 9. Lauterb. h. t. & ad Tit. ff. De peric. & commod.
rei vend. existente autem adjectâ conditione, cùm emtio
41. & Dominii translatio ipso jure retrò solvantur L. *19. ff. De*
42 *Usurp. & Usucap.* ut ab initio nil actum videatur. *Faber. in*
Ration. Ad L. 2. h. t. in fin. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 28.
th. 9. Lit. *D.* sed venditor ipso jure sine rei traditione do-
43 minium recipiat, qvod à contrario sensu probat JCtus *Scæ-*
vola L. *8. ff. h. t.* apertius autem deciditur L. 4. *C. de Pact.*
inter E. & V. L. *41. pr. ff. De R. V. Brunnem. ad* L. *1. §. 3. 5. &*
6. ff. h. t. Mantica. d. l. n. 22. Bachov. d. l. Zæs. h. n. 6. Mynsing.
6. *Obs. 69. C. I. A. th. 5. 6. Brussel. d. Tr. Lib. 4. Tit. 5. n. 8. Carp-*
44 *zov. P. 2. C. 33. Def. 22. n. 2. seqq.* emtorqve rem cum omni-
45 bus accessionibus L. *6. §. 1. ff. h. t.* ac fructibus *interim* per-
ceptis restituere teneatur. L. *5. ff. h. t. C. I. A. h. t. th. 11.* Lau-
terbach. h. t. ubi & allegat. Rath. De rescind. vendit. Assert.
79. n. 5. rei ita venditæ Dominus esse desinit, qvæ vera no-
46 ta est, ejus *interimisticum* ipsum saltem *Dominium* habuisse.
47 Huc refero (6) Statuliberum, qvi statutam & destinatam
48 in tempus vel conditionem libertatem habet, L. 1. *& t. t. ff.*
49 *De statuliberis. Vid. C. I. A. Aliiqve Commentatores ad h. t.* In
hoc enim qvamvis conditio existens faciat, ut desinat es-
se heredis L. 1. §. 4. *ff. Ad SCtum Silan.* non tamen efficere
50 potest, ne INTERIM videatur heredis esse. *d. l. 1. §. 4. & L.*
51. *12. §. 2. ff. Famil. ercisc.* Hinc cum MEDIO TEMTORE *d. L.*
1. §. 4. ff. Ad SCtum Silan. statu liberi heredum sint; existen-
te ve-

te verò conditione ad libertatem perveniant. *L. 11. §. 2. ff.* 52.
Famil. erciſc. C. I. A. d. l. in fin. Interimiſticum heredes horum
utiqve *Dominium* habent *arg. L. 66. ff. de R. V. & L. 3. C. De*
fideicomm. libert. verb. & pertinere ad heredes jure Dominii.
Statulibero adjungo (7). Creditorem, qvi in fundo 53.
in majorem crediti ſecuritatem ſibi oppignorato, non ſo-
luto debito, nec tamen legitimo luendi tempore præteri-
to, recens jus Dominii impetravit *L. 3. §. 3. & t. t. C. De jur.*
domin. impetrand. L. 63. §. ult. ff. De A. R. D. Qvamvis e- 54.
nim creditor per conſtitutionem pignoris rei oppignora-
tæ neutiqvam dominus fiat *§. 1. I. Qvibus alien. lic. l. non*
ibiqve Dd. L. 9. C. De Pign. Act. ibiqve Brunnem. in Comm. Cod.
cum res oppignorata non Creditoris, ſed debitoris *L. 6. §.* 55.
ult. ff. De A. R. D. cauſſaqve pignoris à Dominio planè ſepa- 56.
rata ſit *L. 1. §. 2. ff. De Pign.* nullâqve ſocietate ei conjun- 57.
gatur. *L. 44. §. 1. ff. De Uſurpat. & Uſucap.* Unde & creditor 58.
Domino opponitur. *L. Notabili. 30. ff. De Noxal. act. L. 19. ff.* 59.
De damno infect. & diſertè Dominus eſſe negatur *L. 11. ff.*
Eod. Qvia tamen, poſtqvam in pignore jus Dominii legi- 60.
timè impetravit, re verâ & mero jure Dominus eſt. *L. 3. §.*
3. ibi: Habeat ex divino Oraculo rem in ſuo Dominio *& verſ:*
Poſtqvam ibi: Creditori, qvi jàm Dominus *factus eſt, & in*
fin: Creditor *idemqve* Dominus. *C. De jur. domin: inpetr. L.*
63. §. ult. ibi: Creditor, *ut proprium tenere cœpit* jure Dominii
ff. De *A. R. D. Brunn. in Comm. C. Ad L. 3. ubi in fin. ſubjicit:*
hanc legem noſtris Moribus amplius non frequentari. hocq;
Dominium ſoluto vel oblato intra conſtitutum tempus 61.
debito, rurſus ad debitorem abeat. *d. L. 3. §. 3. C. h. t.* non
perpetuum ſed *Interimiſticum* ſaltem rei oppignoratæ, *me-*
dio, anteqvam debitum vel ſolveretur vel offerreretur
tempore creditorem habuiſſe Dominium eò certiùs affir-
mo, qvòmanifeſtius idem expreſſi juris textus *L. 3. §. 3. C.*

De jur. dom: impetr. & L. 63. §. ult. ff. De A.R.D. mecum asserentes, haud operosâ hânc sententiam indigere probatione qvemvis dictas L L. adeuntem edocturi sunt.

62. Creditorem prædictum excipit (8) Donatarius, cui fundus donatione mortis caussa ita datus, ut ipsum nunc haberet, redderet, si convaluisset vel de prælio aut peregrè donans rediisset, *L. 29. ff. De don. mort. causs. versic. Sive-*
63. *rò* antequam â donante fundus revocetur. Hic enim, quamvis revocatâ donatione ipsam rem donatam cum omni caussâ restituere teneatur, docente *JCto Paulo. in L. Cum qvis. 12. ff. De Condict. causs. dat. Caus. non secut. ibiq; Gothofred.*
64. *Lit. O. & Brunnem. n. 2. seq.* nec non *in L. 38. §. 3. ff. De usu-*
65. *ris.* INTERIM tamen, antequam horum quid contigit, rei ità donatæ dominus est, & fructus, instar aliorum, qui revocabilem saltem titulum habent. *Brunnem. Ad. L. 12. ff. De Condict. causs. dat. causs. non secut.* Medio tempore perceptos jure *Dominii Intermistici* suos facit. Uti elegantissimo Responso JCti Ulpiani *in L. 29. verb.* INTERIM *autem ei cui donatum est. ff. De donat. mort. causs.* haud obscurè e-
66. rudimur, quo loco donatario INTERIM rei vindicatio-
67. nem, quæ omnium in universum JCtorum calculo effectus dominii est, ac nemini, nisi vero Domino competit. *§. 3. & 4. inibi. Quippe. ita proditæ sunt jure Civili actiones, ut quis* Dominium *suum* vindicet. *l. De Action. L. In rem. 23. inibi: In-rem actio competit ei, qui aut jure Gentium, aut jure Civili* Dominium *acquisivit. ff. De R. V. Frantzk. De Laudemiis cap.*
68. *14. n. 17. p. m. 249.* apertis verbis tribuit.

Hujus Lateri (9) jungo libertum, cui Patronus filios non habens omnem suam substantiam aut partem aliquam facultatum liberali donatione largitus fuit, antequam propter liberorum supervenientiam facta donatio
69. revocaretur. Qvamvis enim supervenientibus liberis totum

totum, quicquid largitus fuerat donator, ad ipsum revertatur in ejus arbitrio ac dictione mansurum, uti Sacratissimi imperatores *Constantinus & Constantius in L. 8. C. De Revocand. Donation.* loquuntur *vid. omnino Dn. Brunneman.* 70
ad d. L. 8. in Comm. Cod. ipsoq; jure dominium ad Donatorem transeat. *Brunnem. d. l.* postea tamen existens conditio efficere non potest, quo minus *interim* res donata videatur donatarii ceu liberti esse, quod satis innuit, Verbum *Revocari*, quâ *in d. L. 8.* Utuntur Imperatores, quod regu- 71.
lariter præexistentem actus validitatem requirit *Vid. Harpr. ad pr. J. De L. Fusia. Canin. toll.* hocque casu satis apertè in- 72.
dicat, Donatarium, cum superveniente prole dominium ipso *jure* iterum ab ipso *revocetur*, INTERIM rei donatæ Dominum fuisse. *Vid. Dd. passim. & Ad. L. 8. C. d. t.*

Quod hactenus his omnibus in casibus juris esse tradidi, *idem* etiam in *omnibus* in genere rebus restitutioni 73.
obnoxiis obtinere *non* dubiè sentio.

Ceterum, cum variis contingat modis, ut res restitutioni 74
fiat *obnoxia*, veluti I. Lege Seu Jure Civili Communi ut (1) 75.
Si *fundo* in dotem acceptus sit. *per ea, quæ sup. n. 10. seqq. hujus Cap.* 76.
dicta sunt. (2) Si quid nobis donatum ante susceptos à Donatore liberos. De *quo n. 68. seqq. h. C. egi.* (3) Si in pignore 77.
jus recens impetratum sit, *vid. quæ notavi. n. 53. seqq. h. Cap.* 78.
& hujus generis casibus aliis. II. Ultima Voluntate: Si for- 79
san fundus alicui sub certâ die vel conditione relictus *vid.* 80.
n. 18. seqq. h. Cap. Vel restitui alii per fideicommissum dispo- 81.
situs. *Vid. infr. n. 94. seqq. h. Cap.* vel substitutioni suppositus 82.
sit *L. 3. §. 2. & 3. C. Commun. De Legat.* Cujusmodi res in ge- 83.
nere vocantur: Res restitui jussæ; Res restitutione gravatæ s. oneratæ. *Nov. 29.* Unde sumpta Authentica; *Res, quæ subjacent restitutioni C. Comm. de legat.* III. Contractu Vel Pactis 84.
Aut Conventione Inter Vivos, Quale est Pactum Legis Com- 85.
missoriæ

86. missoriæ, de quo *vid. supr. n. 35. seqq. h. Cap.* Addictionis in diē.
87 *vid. supr. n. 24. seqq. h. Cap.* Retrovenditionis. *vid. infr. n. 79.*
88. *seqq. h. C.* IV. Statuto Vel Consvetudine Certorum Locorum, Provinciarum Aut Civitatum: Quorsum refero Statutum Lubecense, quo res Patrimoniales s. Hereditariæ (Erb-Güter) sine consensu heredum s. cognatorum proximorum alienare prohibemur. De quo prolixè *Dn. Cothman. Lib. III. Resp. 11. 12. & 44. 45.* Item Quod Majoribus natu & Primogenitis quibusdam in locis certa assignata sint bona, quæ alienare non possunt, sed ad successuros omninò
89 transferre tenentur; Quod *jus Majoratus & Primogenituræ*
90 Dd. appellant. Nec non; Quod multis locis Germaniæ, præsertim Sueviæ, altero ex Conjugibus defuncto, omnia bona immobilia fiant liberis affecta & restitutioni obnoxia, ut citra consensum *Magistratus* & causæ cognitionem alienari non possint, sed liberis reservanda ac relinquenda ve-
91, niant: Quod vocatur Verfangenschafft. Verfangen-Recht Verfangenschafft-Recht. De quo apud *Sichard. in Consil. Tract. 7. n. 17. Caspar Wil. Scipion. in Decis. Rotæ Spirens. Lib. 2. Dec. 203. Johann. Rudinger. Lib. 2. Obs. 8. Wehner. in Pract. Observ.* Verfangenschafft. Jàmq; cum supra numeris præ-
92 cedentibus de majori horum modorum parte ex professo egerim, qui ad hucexaminandi restabunt, qvantâ fieri poterit brevitate in subsequentibus attingentur.
93. Inter ceteras ergo res restitutioni abnoxias, ad classem *Dominii Intermistici* quoque (10.) Res pertinent, quæ resti-
94. tui aliis per fidei-commissum jubentur. Enim verò, quamvis affectio illa restitutionis s. restituendi necessitatas rem
95 afficiat, *Gail. 2. Obs. n. 6. n. 7.* Dominium tamen non mutat; quin efficit potius ut res restitutioni obnoxia INTERIM & *plenojure* docente *JCto. Gajo. in L. 29. §. 1. ff. Qui & â quib manumiss.* Dum dies aut conditio restitutionis,

nis pendet, in dominio ejus sit, qvi restituere debet, non cui restituenda est, aut restitui debere speratur teste *JCto Pomponio. in L. 45. §. 1. verb. Nam nec pertinet ad nos ff. De Leg. 2.* cui adstipulatur JCtus Julianus *in L. 81. ff. pr. De leg. 1. L. 66. ff. De R. V. &* Ulpianus *in L. 9. §. 5. ff. De Peculio. Menoch. De Præsumtion. Lib. 3. Præs. 115. n. 72. p. mihi. 857. Tiraqv. De Retract. Convent. §. 2. Gail. 2. Obs. 137. n. 5. n. 6 & 7.* Huc pertinet Responsum JCti Marciani *in L. 12. ff. De Usufruct. illar. rerum:* ubi notanter docet: Titium pecuniæ post mortem Mevio restituendæ *Proprietatem* habere: Qvibus non *Obstat. L. 3. §. 2. C. Comm. de Leg.* cujus explicandi forte in publico conflictu dabitur occasio. *Vid. Hahn. ad Tit. ff. De A. R. D.* 96

Occasione rei per fideicommissum restitui jussæ, paucis hic qvoqve meminisse haud pœnitebit rei per pactum retrovenditionis restitutioni obnoxiæ: Expediti quippe juris esse arbitror, emtorem, qui cum pacto retrovendendi. Auff einem Wiederkauff / emtum accepit fundum (11) ejus *Interimisticum* habere *Dominium*. L. 7. C. *De Pact. inter E. & V. arg. L. pen. §. ult. ff. De contrah. emt. L. 66. ff. De R. V. L. 1. § 4. ff. De SCto Silan. Carpzov. P. 2. C. 1. Def. 18. per tot. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 28. th. 10. Lit. A. Dn. Frantzk. De Laudemiis Cap. 16. n. 18. p. mihi 327. Gail. Lib. 2. Obs. 16. n. 4.* Cum enim talis fundus pleno jure in Dominio emptoris sit. *d. L. 7. C. De Pact. inter E. & V. arg. L. pen. §. ult. ff. de contrab. emt. Anton. Faber. in Tract. De Error. Interpret. & Pragm. 22. c. 1.* facit hoc pactum de retrovendendo, ut emtor non *perpetuum* sed *interimisticum* saltem *Dominium* rei ita venditæ habeat *Hahn. ad Tit. De A. R. D. n. 3.* aliique. 97 98 99

Quod tandem Dominium (12) in omni generaliter Retractus. jure πρωτιμήσεως locum habere, firmiter credo, 100

sive

sivè id jus nobis ex Statuto, s. consuetudine, s. ultimâ de-
101 functi voluntate, s. ex conventione competat; cum hæc necessitas non alienandi, s. venditori aut priori Domino rem restituendi non faciat, ut res istiusmodi INTERIM possessoris non sit. *L. 1. §. 4. Ad. SCtum Silan. arg. L. 65. ff. R. V. Habnius. Ad. Tit. ff. De A. R. D. n. 3. verb. Est etiam verum.*

102 Refertur ad hanc Dominii speciem (13.) ab *Anton. Henrico Mollenbecio in Tract. Division. Juridic. Centur. 2. Div. vis. 92. P. mihi 457.* Dominium alienæ materiæ, ex qvâ in suo solo quis ædificavit; ubi docet: Ædificantem in suo solo ex alienâ materiâ in illâ materiâ *Dominium Interimisticum* habere *per §. cum in suo. mihi. 29. J. De R. D.*

103 Addunt huic *Habn. ad Tit. ff. De A. R. D. p. mihi 489.* aliiq; de nostrâ Jurisprudentia egregiè meriti JCti (14. & 15)

104 Vasallum, Emphyteutam, ceterosqve qvibus utile â Dd. tribuitur dominium: Qvam sententiam, uti ex illorum principiis qui Dominii distinctionem in *Directum* & *utile* ceu juri justineaneo haud incognitam admittunt, utiqve sustineri posse nullus dubito, ita contra ab his, qui prædictam divisionem ceu â Jurisprudentiâ Justineaneâ alienam per illa, *qvæ supr. cap. 1. n. 65. seqq.* fusius *exposita sunt*, prorsus rejiciendam esse docent, vix ac ne vix qvidem defendi posse reor.

105 Neutiqvam tamen in illorûm descendere castra qviverim, qvi eum *Nicolao Bellon. Supputat. jur. Lib. 1. c. 6. n. 7. Lauterbach. Ad Tit. ff. Commod. Lib. 5. Mantica. De Tacit. & ambiguis. Conv. Lib. 9. Tit. 3. n. 10. Pichard. Ad. §. 2. J.*

106 *Qvib. mod. re contrahatur obl.* in Commodato (16.) qvod vocant IRREGULARE *Mantica & Lauterb. d. l. Dominium Interimisticum* locum habere asserere neutiqvam verentur,

107 Enim verò, cùm tale pactum, ut commodatum contrahatur

tur & tamen in commodatarium rei commodatæ dominium *ad tempus* transferatur, essentiam Commodati formalem ac substantialem, qvæ tamen esse rei dat, penitus subvertat, utpote qvod nec *Dominium* nec possessionem sed *usum* solummodò rei in commodatarium transfert. §. 2. *J. Qvibus mod. re contrah. obl. verb. Item is, cui res aliqva utenda datur i. e. commodatur. & versiculo: Sed is &c.* ubi expressè docetur, qvod in eo Commodatum â mutuo differat, qvod hoc faciat rem accipientis, illud non æq; *Nec nonversic. Commodata autem res L. 9. ff. Commod. l. 8. ff. eod. Excell: Dn. Lembke. Exercit. Just. 3. Ad Tit: Quibus mod. re contr. Obl. aliis* manente penes commodantem actione rei vindicatoriâ. *Carpz. P. 2. C. 26. Def. 5. n. 7. Coler. 1. Decis. 7. n. 6. Lauterbach. d. l.* Præterea in contrahentium potestate positum non sit, pacto contractui adjecto ita alterare contractus essentialia, *ut istiusmodi* contra naturam & essentiam *contractus* initis conventionibus tota contractus destruatur essentia, salvo nihilominus contractus nomine, non ritè magis tale *commodatum Commodatum* dici mereri, salvo aliorũ calculo dixerim, qvàm matrimonium, deficiente consensu Patris, & feudũ, sublatâ vel remissâ fidelitate. *Vid. Stryk. in Exam. Jur. Feud. C. 2. q. 23. Dn. Struv. S. J. F. c. 2. th. 6. n. 6. & 7.* uti enim feudum cui tale pactũ adjectum: *Ne fides præstetur*, non est feudũ, sed in aliam contractus speciem degenerat *docentibus Strykio & Struvio d. l.* Ita & Commodatum, cui tale adjectum pactum est: *Ut dominium ad tempus transferatur*, non manet Commodatum, sed in contractum fortè innominatum, aut alium deflectit, neque commodati nomen retinet, secundum tritum illud: *Sive priveris, nec nomen habere mereris.*

Coronidis loco moneo; cum hæc inter *Bonæ fidei possessorem* & *Usufructuarium* ratione fructuum percipiendorum,

dorum eorumq; dominii acqvirendi, intercedat differentia, qvod fructus qvâm statim â solo seperati sunt, bonæ fidei possessoris fiant, sive ipse s. alius suo eosdem nomine separaverit, etiamsi illorum possessionem nondum nactus sit. *L. 13. ff. Quib. mod. usus fr. amitt: L. 48. ff. De. A. R. D. L. 25. §. 1. ff. De Usuris 78. ff. De R. V.* Fructuarii contra non aliter fiant, nisi ipse eos perceperit i. e. actu apprehenderit *d. l. 13. ff. Quib. mod. usus fr.* vel alius ejus nomine *L. 25. §. 1. ff. De usuris.* Ut si alius suo nomine separaverit, non aliter ejus fiant, qvâ si possessionem illorum nactus sit. L. *12. §. ult. ff. De usufruct. Vinn. in Comm. Maj. ad f. §. ad quem mibi. 36. J. De R. D. Redeker. Exam. Instit. Tit. De R. D. qv. 72. Francisc. Broeus in Exposit. Inst. d. §. 36. n. 1.* illos INTERIM (17) jure *Dominii Interimistici* pertinere ad Proprietarium, cui satis apertè 18 qvoqve dictum adjudicat dominium JCtus Ulpianus *in L. elegantissimâ 12. § ult. ff. De Usufr. Vid. Omninò Dn. Brunnem. ad d. l. n. 14. seqq. ubi num. ult. notanter*, ait: Ideòqve, dominium, qvod Proprietarius habere dicitur, est INTERIMISTICUM.

CAPUT ULTIMUM.

De Effectibus *Dominii Interimistici.*

SUMMARIA.

Introitus. *n. 1.*

EFFECTUS PRIMARIUS DOMINII INTERIMISTICI *ratione* PRÆDII DOTALIS *est, qvod constante matrimonio rem dotalem possit vindicare. n. 3. seqq.*

Uxor constante matrimonio prædium dotale vindicare nequit. n. 4.

Uxor domina dotis est, etiam con-

constante matrimonio. n.5.
Dos uxoris proprium dicitur patrimonium. n. 6.
Maritus effectivè dotis Dominus est. n. 7.
Rei vindicatio nemini, nisi Domino datur. n. 8.
Dominium potissimum in liberà rem suam administrandi & in alium liberè transferendi facultate consistit. n. 9.
Quid significet: Alienare. n. 10.
Regula Juris: Qvicunqve dominus est, rem qvoqve suam in alium transferre liberè potest, an patiatur exceptionem. n. 11. seq.
Qvilibet rerum suarum moderator ac arbiter est. n. 12.
Nil tàm naturali equitati conveniens est, quàm voluntatem volentis rem suam in alium transferre, ratam habere n. 13.
L. Julia marito alienationem rei dotalis interdicit. n. 15.
Mulieres contra propria sæpius commoda laborant. n. 17.
Facile blanditiis vel minis maritalibus cedunt. n. 18.
Justinianus nimium de periculo mulierum sollicitus fuit. n. 23.
Hinc L. Juliam etiam ad illum casum extendit, ut valeat ejus prohibitio, sive Mulieres consentiant s. non. n. 24.
Qvid jure Novellarum circa hunc casum juris sit. n. 25.
Ratio. n. 26.
An si mulier non solum consenserit, sed juraverit etiam ratam se alienationem habituram, illa jurata alienatio prædij dotalis valeat? n. 28.
Distinguitur inter Jus Civile & Canonicum. n. 29.
Jure Civili actus contra legem ipso jure nullus est. n. 30.
Nec convalescit ex juramento addito. n. 31.
Et nec hoc jure actus alienationis per jusjurandum convalidatur. n. 32. seqq.
Juramentum Confirmatorium est accessorium n. 33.
Hinc non potest subsistere nisi & principale valeat. n. eod.
Mulieres eâdem fragilitate & facilitate ad jusjurandum adduci possunt, qvâ ad consentiendum in alienationem inducuntur. n. 34. seq.
Tale jusjurandum privat Uxores

res suis dotibus. n.36.
Reipublicæ interest dotes mulieribus manere salvas n.37.
De jure Canonico tale jusjurandum servandum est. n.38.
Quia sine dispendio salutis æternæ servari potest, n.39.
Aliàratio. n.40
Sententia Perezii remissivè. n. 41.seq.
Sententia Hunnii remissivè. n.4.
Alienatio prædij dotalis invalida quidem est resp.uxoris, non verò mariti n.44.
Ratio. n.45.
Valet alienatio rerum dotalium mobilium. n.46.
Limitatio n.47.
Ratio 48.
Res etiam immobiles æstimatò datas maritus alienare potest n.49.
Ratio n.50.
Modò æstimatio facta sit venditionis caussà. n.52.
Hoc enim casu Dominium consequitur maritus prædij dotalis perpetuum n.53
Cujus etiam periculum sustinet. n.54.
Secus si æstimatio saltem sit facta taxationis & intertrimenti caussà n.55.seq.
In Casu necessitatis maritus prædium dotale alienare valet n.57.
Necessitas in omni prohibitione regulariter excepta videtur, nec illi subjacet. n.58.
Ad DOMINII INTERIMISTICI EFFECTUM pertinet etiam oppignoratio. n.59.
Dominium virtualiter omnes juris in re species comprehendit remißivè. n. 60.seq.
Lex Julia impedit etiam prædij dotalis oppignorationem. n.67.
Ratio hujus. n.68.
Mulierum tenaciſſimum genus est n.70.
Quid Moribus hodiernis obtineat. n.71.
Maritus thesaurum in fundo dotali inventum totum sibi acquirit. n.73.
Ratio. n.74.
Explicatur L.7.§.12.ff.sol.matrim.remissivè. n. 75.
Maritus potest in litem jurare. n.76.

Per-

Percipit omnes fructus n. 77. seqq.
Potest jubere servum dotalem heredem institutum hereditatem adire. n. 80.
Servum dotalem manumittere valet. n. 81.
Potest acqvirere servitutem fundo dotali. n. 82.
Et constituere. n. 83.
Limitatur hæc sententiâ. n. 84.
Ratio Limitationis. n. 85.
Datur marito actio furti. n. 86.
Et damno dato actio injuriæ. n. 87.
Deferre potest jusjurandum. n. 89.
EFFECTUS DOMINII INTERIMISTICI ratione B. F. POSSESSORIS in qvonam consistat. n. 90. seqq.
B. F. Possessor fructus etiã naturales suos INTERIM facit. n. 95.
Qvinam sint fructus naturales n. 94.
Rationes hujus acqvisitionis. n. 96. seqq.
Acqvirit B. F. possessor fructus Industriales etiam Jure dominii Interimistici. n. 106.
Qvinam sint fructus Industriales. n. 107.
Qvando illos restituere teneatur. n. 108.
Limitatio. n. 109.
Tenetur post L. C. Bonæ fidei possessor etiam restituere industriales n. 110.
Rationes variæ. n. 111. seqq.
Sententia contraria remissivè. n. 116.
EFFECTUS DOMINII INTERIMISTICI ratione Rei sub conditione legatæ in qvonam consistant. n. 117. seqq.
Novus casus Dominii Interimistici n. 114.
Resoluto jure dantis, resolvitur etiam jus accipientis n. 125
EFFECTUS DOMINII INTERIMISTICI ratione Rei in diem addictæ & sub pacto Legis Commissoriæ venditæ in qvonam consistant. n. 126. seqq. usqve ad n. 136.
Excusatio ad Lectorem. n. 137
Coronodis loco ponitur Regula generalis, ex qvâ, qvid in ceteris Dominii Interimistici Casibus ratione Effectuum juris sit, B. L. dijudicare potest. n. 138.

1. Residui hoc CAPITE ULTIMO adhuc proponendi sunt DOMINII INTERIMISTICI EFFECTUS; quorum si non omnes, famosiores tamen secundum ordinem in Capite præcedenti observatum præsentes paginæ exhibebunt; initium De EFFECTIBUS hujusce Dominii
2. respectu PRÆDII DOTALIS facturæ.
3. Horum autem princeps, principe indè etiam loco considerandus, est, quod non uxor, quæ tamen constante matrimonio non semel in Jure fundum, ceu proprium patrimonium *L. Denique. 3. §. Ergo. 5. in fin. ff. De Minorib. L. 16. ff. De Religios. & sumptib. fun. L. 4. ff. De Collation. L. 14. pr. ff. Ad leg. Falcid. Brunnem in Comm. C. ad L. un. De R. U. A. Auth. Sed quamvis. Rittershus. in Nov. P. 5. c. 4. n.*
4. 2. in naturali retinuisse dominio dicitur. *L. 30. verbis. Et naturaliter in ejus permanserit* dominio *C. De jure dot. ibique Brunnem. in Comm. Cod. 75. ff. Eod. verb. Mulieris tamen est ibique Brunnem. in Comm. ff. n. 1.* qvæqvè multoties rerum
5. dotalium. *L. Si cum dotem. 22. §. autem fin. L. Si constante. 24. §. Si maritus. 5. ff. Soluto. matrim. L. fructus 7. §. si fundum. 12. ff. Eod.* & dotis domina nuncupatur. *L. 4. ff. De dot. collat.*
6. *L. In eum. 16. ff. De religios. & sumpt. fun.* prædium dotale, nisi in subsidium, marito non existente solvendo *Brunn. in Comm. Cod. ad L. 30. De jur. dot. in fin. pr. Guttiretz. De juramento. Confirmat. P. 1. c. 1. n. 6. & lib. 3. Pr. Qvæst. 38. n. 12.* sed
7. maritus vindicare possit. *L. 30. C. De jur. dot. L. Doce ancillam. 6. C. De R. V.* Hic enim cum effectivè Dominus sit. *Pr. J. Qvib. alien. lic. l. non. L. 7. §. ult. L. 69. §. 8. L. 75. ff. De jur. dot. Brunnem. in Comm. ff. Ad. L. 75. De jur. dot. in fin. Cujac. lib. X. obs. 32. Treutl. Vol. 2. Disp. VII. th. 6. n. 8.* nemini autem,
8. nisi vero Domino hæc actio rei vindicationis, ceu effectus dominii propriè ita dicti competat, *L. 23. pr. L. 41. ff. De*

R. V.

R. V. L. 25. ff. *De O. & A.* l. 14. §. *ult. ff. De Except. rei judic.* L. 18. *pr. ff. De usuris* & L. 73. *ff. De R. V.* Si constante matrimonio res dotalis ad alium pervenerit, præ Uxore etiam rectè ad illam vindicandam admittitur. *Brunnem. Exerec. Inst. IX. Lib. II. Tit. 7. pr.*

Cujus consectarium esset (2) cùm *teste Hahnio Ad Tit. ff. De A. R. D. n. 4. & Lindemanno Exercit. Just. Disp. 2. Tit. 8. n.* 1. haud minimus dominii effectus in liberâ rem suam administrandi & in alium transferendi facultate consistat, maritum qvoqve prædium dotale durante matrimonio liberè alienare i. e. dominium ejus in alium transferre *L.* 1. *C. De fund. dotal. L.* 28. *L.* 67. *ff. De V. S. L.* 8. §. 2. *ff. De alien. jud. mut cauſſ. L.* 4. *C. De præd. min.* non prohiberi. Verum enim verò, qvamvis notoria hæc juris theorica, qvod *qui dominus est, rem qvoqve suam in alium liberè transferre possit*, cum qvilibet rerum suarum moderator ac arbiter sit. *L.* 21. *C. Mandati.* nilqve tam naturali æquitati conveniens deprehendatur, quàm voluntatem volentis rem suam in alium transferre ratam habere, *per ea* qvæ notanter tradit D. Imperator noster Iustinianus §. 40. *J. De R. D.* & ante ipsum JCtus *Gajus in* L. 8. §. 3. *ff. De A. R. D.* regulariter procedat; patitur tamen exceptionem, qvoties Domino rerum suarum alienatio speciali lege interdicitur, L. *Qvemadmodum C. De Agricol, & Censitic. lib. XI. Rebuff.* 2. *Tom. Comm. Ad.* LL. *Gallic. Tit. De Rescissione contract. in Præfat. n.* 37, *Johann. Baptista Valenzuela Velaqvez. Consil. Tom.* 1. *Consil.* 32. *n.* 34. Hinc, qvi Dominus est, aliqvando tamen rem alienare prohibetur. *pr. J. Qvib. alien. lic. l. non. ibiqve Commentatores in universum omnes.* In specie autem Lex julia marito fundi dotalis alienationem interdicit. *pr. J. Qvib. alien. lic. l. non.* L. *Un. C. De R. U. A. ibique Brunnem. in Comm. Cod. t. t. ff. & C. De fund. dot.*

9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Lot. Mantica de tacit. & ambig. convent. Lib. XXV. Tit. 3. n. 21. ut
17. dotes salvas haberent uxores, facilius harum intuitu procos
inventuræ. L. *2. ff. De jur. dot.* L. *1. ff. solut. matrim*, neve cum-
18. contra propria sæpius laborare commoda noscantur. L.
4. C. *De Sponsalibus. Vultej. 2. Consil. 29. n. 106. Jacob. Mæstert.*
19. *De justit. Rom.* LL. *Dubit. 3. lib. 1. in fin. p. mihi* 11. blanditiisq;
& minis maritalibus facilè cedant. L. *ult. ff. Si quis al. test. prohib.* illarum imbecillitas. L. *Imperialis. 23.* C. *De Nuptiis*,
infirmitas. L. *1.* C. *Quando mulier tut. offic.* ac fragilitas L.
ult. C. *De don. ante nupt.* in perniciem ipsarum substantiæ
20. convertatur. *pr. J. Quib. alien. lic. l. non*, sicque in repen-
tinam deducantur inopiam. L. *un. §. is.* C. *De R. U. A.* aut
21. ne tandem occasio detur discordiarum, marito consen-
sum in alienationem quandoque desiderante, uxore au-
tem negante, *arg. l. 2. ff. De donat. inter V. & U. Perez. in* C.
tit. De fund. dotal. n. 2. Nisi mulieres in alienationem ip-
22. sæ consenserint. *d.* L. *Un.* C. *De R. U. A.* Quam prohibiti-
onem Constitutio Justiniani, nimium quantum de pericu-
lo mulierum soliciti. *Redeker. Exam. Instit. Tit. Quibus alien. licet. l. non quæst. 68.* cui tamen masculè contradicit. *Mæ-
stert. sup. all. Tt. de Justit.* LL. *Rom. Dub. 3. Lib. 1. p. 11.* in fa-
vorem mulierum, multis captionibus suppositarum mul-
torumque insidiis expositarum. *L. 2. §. 3. ff. Ad SCtum Velle-
jan.* eò suo tempore extendit, ut nec valuerit alienatio,
24. etiamsi mulier consenserit. L. *Un. §. 15.* C. *De R. U A. ibiq;
Brunnem. Guttiretz. De. Jur. Confirm: P. 1. c. 1. n. 92. Petr. Barb.
in L. P. 2. ff. solut. matrim. n. 2. seq. Amaya in Comm. C. h. l.*
25. *Perez. Eod.* Hoc tamen deinde *jure Novellarum* correctum
est, quo valida est alienatio, si consensus uxoris post bi-
ennium fuerit repetitus, & quod maximum est, de bonis
26 mariti ratione dotis satis fieri uxori possit. *Nov. 61. c. 1. &
quæ inde sumta est Auth. sive à me*, C. *Ad SCtum Vellejan. Brunn.*

Exer-

Exercit. Justin. IX. Tit. 8. pr. & Ad d. Auth. sive à me C. Ad SCtum vellej. necnon in Parat. Wes. Tit. de fund. dot. q 11. *in fin.* Imputet enim sibi mulier, si, qvod sæpius cogitare poterat & evitare, non fecit, sed ultrò firmavit. *L. 22. C. Ad SCt. vell. ibique Brunnem. & ad d. Auth. Sive à me. h. t. Matth. Stephan. ad Nov. 61. c. 1. n. 20. seqq. Rittershus. ad d. Nov. c. 9. n. 20. Stryck. in Annot. Ad Inst. pr. J. Quib. alien. lic. l. non. eodemqve Redeker. q. 68. Perez. in Comm. C. Ad Tit. De fund. dot. n. 7.* 27

Qværitur autem hic: *An, si mulier non solum consenserit, sed juraverit etiam, ratam se alienationem istam habituram, illa ex juramento alienatio convalescat?* 28 Distinguunt 29 hic Dd. communiter: *Inter dispositionem Juris Civilis & Canonici.* Et qvidem *jure Civili* indubium est, cum hoc jure, 30 omne illud, qvod LL. civilibus repugnat, pro infecto ac non gesto habeatur. *Trentacinquius Pract. Resol. Lib. 1. Resol. 1. n. 1.* 31 jurisqve jurandi religione confirmari nequeat. *L. 7. §. 16. ff. de Pactis. L. 112. §. fin. ff.* De Legat. 1. L. 5. C. De LLbus. *L. jubemus 10. versic. Qvod etiam. C. De SS. Eccl.* istiusmodi juratum mulieris consensum, hunc alienationis actum per se 32 invalidum, neutiqvam convalidare; Tum qvod juramentum confirmatorium sit accessorium, qvod principale 33 non valente, subsistere neqvit. *Hunnius Lib. 2. Resolut. Tr. 4. qvæst. 15. & in Resolut. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 7. th. 9. qu. 50. p. mihi 785. seqq.* Tum qvod mulieres eâdem fragilitate 34 & facilitate ad jusjurandum adduci possint, qvâ ad consentiendum in alienationem inducuntur. *L. Doli. 19. vers. Diversum. ff. De Novat. Harprecht. Tit. J. Qvib. alien. lic. l.* 35 *non. n. 25.* Tum deniqve qvod tale juramentum privet 36 mulieres dotibus suis, qvas tamen salvas & integras illis conservari Reipublicæ interesse docet JCtus Paulus *in L. 2. ff. De jur. dot. & Pomponius. in L. 1. ff. Solut. matrim Schneidew. ad p. J. Qvib. alien. lic. l. non n. 4. Philipp. Usus Pract.*

37 De *Jure* tamen *Canonico* mulier, qvæ alienationi conſenſit, & juravit ſe ei non contraventuram, jubetur jusju-
38. randum ſervare, qvia omne jusjurandum, qvod ſine diſpendio ſalutis æternæ ſervari poterit, ſervandum eſt, *c. 8. & 28. X. De jurejurand. & c. 2. De jurejurando in 6to. Lindeman. Exercit. Juſtin. Diſp. 2. Tit. 8. th. 5. Brunnem. in Parat. Weſ. Tit. De fund. dotal. q. 1. & in Exercit. Juſt. IX. Tit. 8. lib. 2. Covarruv. in c. Qvamvis P. 2. §. 1. n. 7. Schneidew. d. l. n. 4. Harprecht. Comm. J. ad Tit. Qvib. alien. lic. l. non. n. 7. Struv. S. J. C. Part. 2. Exerc. 30. lib. 23. Tit. 2. th. 21. p. mihi.* 141. *C. J. A. Ad Tit. De fund. dot. th. 4. Joh. Sande De Probat. rer. alien. P. 2. c. 10. n. 8. ſeq. Joh. Emericus à Rosbach. in Tr. De Comparat. Jur. Civ. & Can. Lib. 2. Tit. 3. n. 10. Perez. in Comm: C. De fund.*
39. *dotal.* ubi hactenus recenſitis hanc ſuperaddit rationem: Quod, ſi alienatio prædii dotalis, accedente mulieris conſenſu nihilominus invalida eſſet, contingeret, ut taliprætex-
40 tu via perjuriis aperiretur; tandemqve concludit: Hodiernam Praxin ita jus interpretari, ut juramenti occaſione major vis contractibus tribuatur jure tantum Civili prohibitis, plusqve obligari mulierem, qvæ conſenſit in alienationem prædii dotalis, ſeqve jurejurando ad non-
41. revocandum obſtrinxit, qvam illum, qvi uſurario juravit uſuras ſe ſoluturum. *Minſinger. Centur. 3. Obſ. 10. n. 5. Gail. 2. Obſerv. 38. ſeqq.* In qvorum caſtra & ego deſcendo, non neſcius magnæ authoritatis JCtos contrarium defen-
42. dere. *Harprecht. ſupr. cit. loc. & Hunnius. d. l. qvæſt. 15.* Ubi in fine docet: Se exiſtimare in hoc juris Civilis & Canonici diſſidio, illud huic præferendum eſſe; tum qvod diſpoſitio Juris Civilis rectæ rationi videatur congruere; tum-
43. etiam, qvod lata ſecus feneſtra & exoptatiſſima occaſio circumveniendi leges, alienationem fundi dotalis prohibentes, aperiretur.

Qvæ

Qvæ hactenus dicta sunt, sc. alienationem prædii 44
dotalis, s. consentiente s. contradicente uxore factam, ipso
jure invalidam esse.

(1.) Respectu UXORIS non verò MARITI intelligenda 45.
sunt. Hic enim omnibus, quibus cum contraxit, de prædictis
rebus ex aliis suis bonis obligatur. *Nov: 61. ibiq; Stephan. n. 17. Brunnem. Exercit. Justin. IX. Tit. Quib. alien. lic. l. non. pr.*

(2) De rebus IMMOBILIBUS *Auth. Sivè. âme* §. 1. C. 46
Ad SCt. Vellej: t.t. ff. & C. *De fund. dotal.* non verò MOBILIBUS. Has siquidem maritus, cum leviori illarum æstimatio
& jactura sit. L. *Si rem mobilem.* 47. *ff. De A. vel A. P. Mantz.* 47
in Comment: Inst. Ration. ad Tit. Quib. alien. lic. l. non. n. 10. 48.
præsertim si non fuerint pretiosæ, ipseqve solvendo fuerit.
Vinn: in Comm: Maj: Ad d. T. J. n. 1. L. 1. C. De Serv. pign. dot. alienare potest *L. 3. §. 2. ff. De suis & legitim. L. 3. C. De jur. dot. ibique Brunnem. Auth. Sive âme §. 1. C. Ad. SCt. Vellej.* Lex qvippe Julia, quæ marito alienationem interdicit,
de re saltem agit immobili, & prædio s. fundo dotali. *Bachov: ad Treutl. Vol. 2. Disp. 7. th. 9. Lit C. Hahn. ad Wesenbec. Tit. De fundo dot. n. 4. verb. etiam mobiles. &c. p. mihi* 183. *P. 2. Schotan. Exam. Jurid. ad Tit. De fund. dot. q. 2.* Ergo citra expressum
textum ad res mobiles produci ejus prohibitio non debet.
Bachov. d. l. Brunn. Ad L. Un. C. De R. U. A. Auth. Sed qvamvis §. 15. ad L. Si æstimata. 1. C. De fund. dot. & in Parat. ff. Tit. de fundo dot. q. 3. Zes. Comm. ff. Eod. n. 3. Wissenbach. h. t. th. 26. Petr. Barb. ad L. 1. ff. sol. matrim. n. 86. C. J. A. in Tit. De fund. dot. th. 2. Lauterbach. h. t. p. 351. Redeker. Ex. Inst. Tit. Qvib. alien. lic. l. non. qvæst. 68. Perez: Comm. C. Tit. de fund. dot. n. 6.

(3) De *rebus immobilibus* IN ÆSTIMATO *datis*, Enim 49.
verò, qværes *æstimató* in dotem dantur, eas omnes s. mobiles, s. immobiles sint, liberè â marito alienari posse, vel 50.

ex eo constat, qvod soluto matrimonio, non res ipsæ, sed pretium s. illarum æstimatio in restitutionem veniat judicio venditi. *L. 10. §. Si ante 4. ff. De jur. dot. L. 5. L. 10. C. eod. Alex: Trentacinqvius. Pract. Resolut. Lib. 3. Resol. 1. n. 1.* Fingitur enim in hujusmodi æstimatione, qvod maritus brevi manu pro prædiis ab uxore acceptis eidem pecuniam dederit, ipsa contra uxor pecuniam pro dote iterúm marito tradiderit. *arg. L. singularia. 15. ff. Si cert. pet. L. 3. §. sciendum ff. De donat. inter V. & U. L. 43. §. 1. ff. De jur. dot. Trentacinqvius. d. l.* Solent autem Dd. hic communiter subdistinguere: An æstimatio facta sit *Venditionis Causa*, qvo casu rei dotalis dominium jure perpetuo in maritum transsit, periculum dotis sustinentem, liberâqve alienandi facultate gaudentem. *L. Un. §. 9. & 15. C. De R. Ul. A. L. 10. L. 12. §. 1. ff. L. 5. 10. L. 21. C. de jur. dot. L. 10. pr. & §. 5. L. 16. 17. §. 1. L. 18. ff. De pact. dot. L. 9. §. 1. ff. De fund. dot. Redeker. sæpius all. loc. q. 68. Viv: Comm. I. Maj: d. l. Molin. Tract. 2. D. 416. n. 7. Anton. Faber. in C. Lib. 5. tit. 7. Def. 43. Carpzov. P. 2. C. 42. Def. pen. Petr. Barbos. Ad L. Si æstimatis. 51. n. 5. ff. solut. matrim. Brunnem. ad L. 10. ff. De jur. dot. Harp. ad Tit. I. Qvib. alien. lic. l. non. Costill. De Usufruct. c. 4. n. 7.* An verò saltem *intertrimenti* i. e. *taxationis caussâ*; ut sciatur qvanti res sit, *ut in L. 69. §. 7. ff. De jur. dot. L. 50. ff. Solut. matrim. L. 20. C. De jur. dot.* & qvantum soluto matrimonio reddendum, qvæqve deteriorationis ratio habenda sit. *L. 21. C. De jur. dot.* Hoc enim casu Lex Julia prohibet alienationem prædii dotalis. *Perez. in Comm: Cod: supr: all. loc. aliique Dd. passim.*

(4) *De alienatione* VOLUNTARIA, NON NECESSARIA. per expressam *L. 1. ff. De fund. dotal. L. 2. C. eod.* Necessitas enim in omni prohibitione regulariter excepta videtur, nec Legibus ipsius subjacet *per L. 114. §. 14. De legat. 1. L. 9. ff. De fideic. libert. L. 13. ff. Famil. ercisc.*

erciſc. Perez. in Comm. C. d. l. n. 4. Brunnem: Exercit. Juſtin. IX. Tit. 8. pr. & in Comm. Cod. ad L. 2. C. De fund. dot. junctâ qvæſt: 9. in Parat. Weſ. Tit. de fund. dot. Lindeman. Exercit. Juſt. Diſp. 2. Tit. 8. th. 5. Lauterbach. Tit. De fund. dot. p. mihi 352. C. I. A. Tit. hoc. th. 3. Gail. 2. Obſ. 137. n. 4. Hahn. ad Weſ. Tit. De fund. dot. n. 5. Beſold. Theſ. Pract. verb: Verändern.

Ad Dominii Interimiſtici Effectum pertinet etiam 59.
OPPIGNORATIO Sicuti enim docente *Hahnio ad Weſ: Tit. De A. R. D. n. 2.* Dominium *Virtualiter* omnes juris in re 60.
ſpecies comprehendit, ut qvi rerum ſuarum Dominus eſt, Lege, aliâve ex cauſsâ alienare non prohibitus, volens poſ- 61.
ſit alium ejus rei facere Dominum. *§. 40. ſeqq. J. De R. D. L.* 20. *ff. De A. R. D.* & Heredem. *L. 1. C. De S. S. Eccleſ.* valeatqve 62.
rei ſuæ in alium transferre Poſſeſſionem, *d. §. 40. junct. L.* 18. *ff. De A. vel A. P.* conſtituere Servitutem. *2. F. 8. § Rei au-* 63.
tem, verſ. Qvod etſi pretio. vel Pignus aut Hypothecam. *L. 2.* 64.
L. 6. Si alien. res. pign. L. 18. ff. De Pign. Ita cùm & Maritus 65.
per not: ſup: Cap. 11. nnm. 10. rei dotalis conſtante matrimo-
nio Dominus ſit, ipſum etiam oppignorare poſſe fundum 66.
dotalem dicendum videretur. Ceterum cum Lex Julia 67.
non ſolum fundi dotalis alienationem, ſed & oppignora-
tionem marito interdixerit, ſive conſenſerit, ſive diſſenſe-
rit Uxor, rem dotalem maritus obligare neutiqvam valet,
docente D. Juſtiniano *pr. I. Qvibus alien. lic. l. non. &* L. *Un.* 68
C. §. 15. De R. U. A. & ante ipſum JCtos Gajo. in L. 4. ff. De fund. dot. Brunnem. L. 1. ff. Ad SCtum Vellejan. Eckholt. Ad Tit: ff. De
fund: dotal: Hahn: ad Weſ: d. t. n. 1. nec non ad pr. I. Qvibus alien: lic: l. non: Dd. ferè omnes. Cujus ratio in 69
eo videtur conſiſtere, ne ſcilicet mulieres ſexus ſui fragi-
litate lapſæ, poſtqvam, ceu tenaciſſimum genus *L. Si â ſponſo 16. verſic. Rarò. ubi Gloſſ. C. De donat. ante nupt. L. Si ſtipula-*
ta, 33. §. 1. ibi: Contra ſexus naturam: ff. De donat, inter. V. &

in alienationem consentire recusarunt, putantes ita in totū rei dotalis Dominium ab ipsis abiturum, facilius obligationi consentirent, sperantes exiguum inde præjudicium, & non tantum, qvantum in omnimodâ alienatione metuere cogebantur, periculum ipsis futurum. *Brunnem: ad L. 1. ff. Ad SCtum Vellejan: & in Parat. Wes: Tit: De fund: dot: q. 11. Hering: De Fidejuss: cap: 7. n. 424. alii 9.*

70. HODIE oppignorationem rerum dotalium pro debitis mariti validam esse, si renunciatum fuerit Senatus consulto Vellejano & Authenticæ. *Si qva C. Ad SCtum: Vellejan.*

71. & qvidem juratò, docent: *Struv: & S. I. C. Exerc: 30. th. 23. Carpz: P. 2. C. 16. Def: 7. n. 1. Ubi n. seq:* docet: Valere e-

72. tiam renunciationem absqve juramento, in iis locis, ubi id moribus introductum fuit. *Gail: Lib: 2. O. 90. Mynsing. Cent. 1. Observ: 29. Dan: Moller: Lib: 2. Semestr: c. 41.*

73. Huc haud immeritò referri poterit (1) QvodMaritus thesaurum in fundo dotali inventum INTERIM totum suum faciat, per Regulam, qvam suppeditat D. Justinianus *in §. 39. I. De R. D.* Qvod, qvi ipse invenerit thesaurum in

74. fundo suo ob duplex concurrens jus, *Soli*, sc: & *Inventionis*, totum faciat suum: *Vid: Disp: Dn: Ioachimi* Seelen/ *De Thesauris, habita hic Rostochii sub præsidio Viri Excell: Dn. D.* Lemken/ *superiori Anno 1683. §. 8. Bartol: ad L. 7. §. 12. ff. sol. matrim: ibiqve Bald: n. 1. in fin. Rosenthal: De feudis: Conclus. 93. c. 5. Guttierez. C. 3. De Tutel. n. 15. & 16. Bachov: ad Treutl. vol. 2. Disp. 7. th. 6.* Lit. C. *Bitsch. Tractatu speciali De Thesauris. P. 2. c. 8. seqq.* Non obstante L. *Si fructus 7. §.*

75. *fundum. 12. ff. solut. matrim.* ubi dicitur: Si thesaurus fuit inventus, in fructum non computabitur; Sed pars ejus dimidia restituetur, *quasi in alieno* inventi; qvâ freti lege ab hâc verissima in contrariam abierunt sententiam: *Struv. & I. C. De jur. dot. th. 13. Brunnem. in Comm: ff. Ad L. 7. ff. De*

jur:

jur. dot. Gloss. in L. *Un. vers. Nam in suis.* C. *De Thesauris. Castrensis in d.* §. *Si fundum* 4. *in fin. ibique Jason. n.* 5. *Zœs. n.* 6. *Donell. lib* 14. C. 4. *Garsias. De Expensis & meliorat. c.* 13. *n.* 3. *&* 6. *Sixtin. De Regalib. Lib.* 2. *c. ult. n.* 49. *aliique.*

Effectus Dominii Interim istici ratione *prædii dotalis* 76
haud minimi præterea sunt: Quod Maritus (2) in litem
jurare possit, si possessor prædium dotale dolo malo restitu-
ere detrectet. L. 7. *ff. De in lit. jurand.* (3). Percipiat omnes 77
fructus. L. 7. *pr. ff. De jur. dot.* L. *Plerumque* 10. §. *Sed fœtus* 3.
ff. eod. L. *ult.* §. 2. C. *eod.* L. 25. C. *Eod.* L. *Un.* §. 9. C. *De R. U. A.*
L. 65. *& ult. ff. Pro socio. Struv. S. J. C. Ex.* 30. *lib.* 23. *Tit.* 3. *th.*
12. *Brunnem. in Comm. ff. Ad. L.* 7. *n.* 1. *De jur. dot & in Comm.*
Cod. ad L. 20. *Eod.* tam naturales. L. 10. §. 3. 6. *ff. De jur. dot* L. 8. *ff.* 78
solut. matrim. L. *Un.* §. 9. C. *De R. U. A. ibique Brunnem. in Comm.* 29.
quam Civiles. L. 7. §. 2. 10. *&* 11. *ff. Solut. matrim.* (4). Possit 80.
jubere servum dotalem, heredem institutum, adire here- 81.
ditatem. *L.* 58. *ff. Solut. Matrim. Struv. S. J. C. d. l. & th. d.* (5).
Servum dotalem manumittere. L. 3. C. *De jur. dot. ibique* 82.
Brunnem. L. 24. §. 4. L. 61. *&* 62. *Solut. matrim. Struv. S. J. C. d. l.* 83.
(6.) fundo dotali servitutem acquirere *Struv. S. J. C.*
Exercit. 13. *th.* 31. *&* (7) Constituere. *L.* 6. *pr. l.* 8. *ff. Comm:*
servit. Struv: S. J. C. h. th. 30. Dominio tamen resoluto ex- 84
spirantem, *Idem: d. l.* Non enim potest præjudicare uxo-
ri, ad quam fundus aliquando rediturus est. *L.* 5. *ff. De fund.*
dot. Bachov. ad Treutl: Vol: 1. *Disp:* 17. *th.* 6. *lit. A. L. Ult. C. De*
Reb: alien: non alien. (8) Competat marito, non uxori furti 85.
actio. *L.* 49. *in fin. ff. De furt:* L. 18. §. 1. *in fin. ff. Solut matrim:* 86.
(9.) Damnoque dato actio injuriæ. *d. L.* 18. §. 1. *ff. Solut: ma-* 87.
trim: in fin: (10) Possit deferre jusjurandū per Regulam Legis
17. §. 1. *ff. De jurejur:* Et, quæ hujus generis sunt alia; quæ
cuncta hic fusius persequi angustia temporis & festinatio
prohibent, quare hæc hâc attulisse vice sufficere posse cre- 88.

dens

dens missis effectibus Dominii Interimistici ratione prædii dotalis, pergo.

89. AD EFFECTUM DOMINII INTERIMISTICI rati-
90 one B. F. POSSESSORIS IN FRUCTIBUS PERCEPTIS, qvi in hoc unico consistere noscitur, qvod bonæ fidei possessor ante fundi, qvem b. f. possidet evictionem omnes fructus suos INTERIM faciat. *L. 48. ff. De A. R. D. §. 35. J. De R. D.*
91. *L. 25. §. 1. De Usuris: L. 136. ff. De R. J.* De qvo effectu ple-
92. nius constabit, si sigillatim numeris subseqventibus, qvosnam in specie fundi fructus, cum alii sint *naturales* alii *industriales* (ut ut hanc distinctionem alii, ceu contra naturalem Justitiam, civilemqve rationem confictam prorsus rejiciant; *Coras: 5. Miscellan: 9. Cap. De fructibus 1. 2. 3. Forster: Disp: J. 6. th. 29. in fin:* Qvibus tamen ex asse respondent:
93. *Menoch: De A. J. Q. Cas. 210. n. 6. seqq. Bocer: De fructibus n. 15.*) & ad qvod usqve tempus b. f. possessor suos faciat, demonstravero.

94 Certè, qvamvis b. f. possessor fructus NATURALES, qvi ex naturæ solius opere, non accedente industrriâ humanâ proveniunt, qviqve à *Meiero in C. J. A. Ad Tit: De Usu-*
95. *ris. t. th. 32.* Naturalissimi vocantur, percipiendo suos facere indubii juris esse doceat JCtus Paulus *in* L. 48. *ff. De A. R. D.* inqviens: Bonæ fidei emtor NON DUBIE percipiendo fructus ex alienâ re INTERIM suos facit, non tantum
96 eos, qvi diligentiâ & operâ ejus provenerunt, sed OMNES; usqve adeò dubia tamen hæc sententia variis variorum JCtorum dissidiis facta est, ut contrariam amplecti defendereq; magnæ Authoritatis JCti magno annisu allaboraverint, inter alia manifestissimo JCti Pomponii responso moti in L. 45. *ff. De Usuris* ubi expressè *fructus naturales* contradistinguuntur *industrialibus*, & hos, non illos, cum non ex facto ejus nascantur, bonæ fidei possessorem suos facere

decidi-

deciditur. *Duarenus ad Tit. De Nautic. fœnor. c. Qvi fructus veniant in restit. Donell. Comm. Jur. Civ. Lib. IV. Cap. 25. & in Tract. De fructib. Cap. 4. Scipio Gentil. Lib. 2. De Donat. inter V. & U. c. 17. Ungebaur. Exercit. Iust. V. th. 11. in Neg: Hænon. Disp. 4. Ad Instit. Controv. 2. Ummius. Disp. 21. De Process. Jurid. th. 3. n. 21.* Qvorum argumenta, cui scire lubitum, adeat *Harprechtum in Comm. Ad Inst. §. 35. De R. D. n. 43. seqq.* ad qvem B. L. duxisse mihi sufficiat, qvi temporis ratione optimè habere jussus, reservatis in contrariam abeuntium sententiam, publico, bono cum Deo, conflictui, rationibus pro virili refutandis, illa hâc saltem vice, qvæ nostræ sententiæ præter *d. L. 48. ff. D. A. R. D.* robur haud exiguum additura sunt argumenta, binis saltem verbis asserre properabo: Horum autem non minimum esse credo qvod suppeditat JCtus Julianus. *in* L. 25. *ff. De usuris.* ubi §. 1. notanter asserit: Bonæ fidei possessorem in percipiendis fructibus *idem jus* habere, quod *Dominis* prædiorum tributum est: Unde concludò: Quia hi per notoria juris præ-dii *indistincte omnes*, tâm *naturales*, qvâm *industriales* fructus percipere suosq; facere poterunt. *L. 2. L. 6. ff. De A. R. D. L. Solum. 49. §. 1. ff. De R. V.* Ergo & B. F. Possessorem ad instar Domini fructus qvoq; *naturales* percipiendo, non posse non suos facere. Qvod manifestius evadet ad huc, si pressius ejusdem Juliani verba, *versiculo: Præterea d. L. 25. §. 1.* subsequentia consideraverimus, qvibus erudimur: B. F. Possessorem *plus juris* in fructibus percipiendis habere, qvam usufructuarium; Unde porrò infallibiliter infero: Qvia hic *omnes* omninò fructus suos facit, *L. usufructus 7. L. Item si fundi. 9. ff. De usufruct.* Ergo multò magis B. F. possessorem omnes fructus *interim* suos facere. Clarius præterea sententiam exprimit idem Julianus *in verbis cit. Leg. 25. §. 1. Initialibus*, docens: Omnes fructus non *jure seminis*

97

98

99

100

101

102

(licqvè ex industriâ & culturâ) sed *soli* (licqvè non attentâ hominis diligentiâ) percipi, magisqve *corporis jus*, ex qvo percipiuntur, qvam *seminis*, ex quo oriuntur, aspici. Ergo & *naturales* b. f. possessor fructus suos facit. His omnibus addo Responsum JCti Pauli *in L. 136. ff. De R. J.* notanter docentis: Bonam fidem *tantundem* possidenti præstare, qvantum veritas i. e. verum Dominium. Unde ultimò qvisqve facili colliget negotio: Qvia dominus per notoria juris omnes fructus suos facit. E. Et bonæ fidei possessorem Qvam mecum verissimam strenuè ante annum & qvod excurrit præsidendo defendere sustinuit sententiam. Magnif. Dn. Radovius in disputatione Inaugurali, De fructibus Dn. Ddi Alberti **Weissen** ex sorore filii, magno JCtorum comitatu stipatus. *Vid. Lindeman. Exerc. Just. Disp. 2. th. 1. n. 66. Franszk. Exerc. Just. Disp. 4. qvæst. 7. Cyprian. Regner. Disp. ad Inst. IV. ad §. 35. J. De R. D. th. 14. Brunnem. Exercit. Just. IV. ad §. 35. J. d. t. & in Comm. ff. ad L. 48. ff. De A. R. D. & L. 25. ff. De Usuris L. 45. ff. eod. necnon Ad L. 22. C. De R. V. Hartm. Pistor. P. 4. qu. 26. Harprecht. ad §. 35. J. De R. D. n. 35. seqq. Carpzov. p. 3. Const. 32. Def. 28. n. 5.* aliique, quibus recensendis lubens supersedeo.

106 Idem de Fructibus INDUSTRIALIBUS; ad qvorum productionem præter naturam opus est accedat ipsa qvoque hominis industria, utpote sine qvâ hic nihil natura age-
107 re valet. *Bocer. De Fructibus n. 14, Menoch. De A. J. Q. Casu. 210. n. 4. p. mihi. 545. Marp. Vol. 2. C. 14. n. 147. seqq.* eò confidentius assero, qvò clarius id variis erudior juris textibus, interqve juris Interpretes magis de hoc asserto convenit. §. 35. J. De R. D. L. 48. *inibiqve Brunnemann.* ff. De R. D. L. 25. ff. *De Usur. Carpzov. P. 3. C. 32. Def. 28. n. 5. aliiq.*

108 Superest, ut paucis jàm etiam addam, cum *Interimistico* B. F. Possessor prædictorum fructuum saltem habeat Do-

at *Dominium*, re evicta ad verum Dominum abiturum; quando illos, & quosnam fructus huic restituere teneatur? Utrumqve nos docent D. Imperatores Dioclet: & Maxim: in Rescripto, qvod extat. L. 22. C. De *R. V.* asserentes. b. f. possessorem POST LITIS CONTESTATIONEM teneri UNIVERSOS restituere. *Vid. Brunn. ad all.* L. 22. C. De *R. V.* Nisi triennii spatio hos possederit & usucapione irrevocabiliter suos fecerit. *Not. Gloss. Bart. & Dd. ad L.* 4. §. 5. ff. De *usuris & in L.* 32. *ubi Jason. &* Dec. ff. *Si certum pet. Covarr.* 1. *V. R.* 3. 7. Dum dico UNIVERSOS assero simul:

Et INDUSTRIALES b. f. possessorem extantes tenere restituere. Tum (1) Qvod *d. L.* 22. C. *De R. V.* in distincte omnes extantes fructus restitui jubeat, qvam adeô claram docet esse *Vinnius Lib.* 1. *Illustr. quæst.* 26. ut non multa opus sit congerere argumenta. (2) Tum qvod *L.* 48. ff. *De A. R.* D. generaliter asserat; b. f. possessorem tàm naturales qvam industriales fructus suos INTERIM facere. Tum (3) qvod fructus demum consumtione irrevocabiliter b. f. possessoris fiant, *L.* 4. §. 19. De *Usucap. L.* 4. §. 2. ff. *fin. reg.* §. 2. *D. De O. J. L.* 41. §. 1. *ibi insolidum.* ff. *De rejudic. L.* 40. *in fin.* ff. *De A. R. D.* Tum qvod (4) nemo locupletari debeat cum alterius damno. *L.* 41. ff. De *Condict. Indeb. L.* 8. §. 22. ff. *De Transaction. c.* 48. *De R. J. in* 6to. *Harprecht. Comm. Inst. ad* §. 35. *De R. D. n.* 52. *seqq. Frantzk. Exercit. Just.* 4. *q.* 8. *Fachin. Controv. jur. Lib.* 1. *c.* 57. *mihi.* 64. *Brunnem. in Comm. C. ad L.* 22. *De R. V. alibique. Carpzov. P.* 3. *C.* 32. *D.* 28. *per tot. Tim. Faber. Disp.* 14. *ad Inst. Imper. th.* 3. *seq. Bachov. Ad Treutl. Vol.* 1. *Disp.* 14. *th.* 11. *Lit. D. aliique.* A qvâ tamen verissimâ sententiâ in contrariam abire non dubitavêre *Hunn. Var. Res. Lib.* 2. *Tract.* 1. *qvæst.* 31. *Ungebaur. Exerc. Justin. V. qvæst.* 12. *in Nego. Ummius. Disp. ad Proces. judic.* 21. *th.* 3. *n.* 22. *Scipio Gentil. Lib.* 2. *De Donat. inter V. & U. c.* 17. *Ægid. Hor-*

Hortens. ad §. 36. J. De R. D. n. 1. Qvorum satis speciosa argumenta tanti momenti visa sunt *Donello Lib. 4. Comm. Jur. Civ. c. 26.* ut nisi illa certa sit, non intelligere se qvid certum sit, asserere, nostramq; *inveteratum & receptum errorem*, qvem nemo ante se vel nutu infirmare ausus sit, *Tract. De Fructib. c. 4.* dicere non vereatur, qvæ apud ipsum *d. l.* nec non *Harpr. cit. loc.* legi possunt.

117 Pedem promoveo ad EFFECTUS DOMINII INTERIMISTICI ratione REI SUB CONDITIONE LEGATÆ quorum *primum* exhibet nobis JCtus Ulpianus in L. 12. §. 2. *ff. Famil: erciscund:* quando docet: Quod veniat in fami-
118 liæ erciscundæ judicium possitq; adjudicari. Cui addunt *secundum* Idem L. 12. §. 5. *ff. De Usufr.* & Paulus in L. 11. *ff. De Condict. furtiv.* asserentes: Heredem, quem rei sub conditione legatæ *Dominum Interimisticum* esse *supr. Cap. 2. num. 18. seqq.*
119 pluribus monstravi, condictionem furtivam, nemini, nisi vero domino competentem, L. 1. *ff. De Condict. furtiv. ibiq; Brunnem. n. 1.* L. 14. §. 16. *ff. De furt. Frantzk. Comm. ff. De Condict. furt. n. 10. seqq. Struv. S. J. C. Exercit. 18. th. 52. C. I. A. Hahn. ad Wes. ibiq; Bachov. eod.* habere *Brunnem: ad* L.
120 12. §. 5. *ff. De Usufr. & ad* L. 11. *ff. De Cond. furt. Tertius* in eo consistere videtur, qvod rei habeat vindicationem. *arg.* L. *66.* ff. *De R. V.* ibiqve *Brunnem. Tiraqu. De Retr. Conven.* §.
121 2. *Gloss. un. n. 36. Donell. Lib. 20. Comm. J. Civ. Cap. 2. Quartum* suppeditat. all: *Brunnem: ad* L. *66.* ff. *De R. V.* scilicet,
122 qvod possit de re tali disponere, ipsam alienando vel oppi-
123 gnorando, ita tamen ut conditione eveniente irrita fiat & oppignoratio & alienatio, resqve inpræscriptibilis, per L. *fin. §. 3. C. Commun. de legat.* ubi D. Justinianus elegantissimè rescribit: Si sub conditione res legata fuerit, melius heredem qvidem facere, si ab omni venditione & hypotecâ sibi caveat, ne se gravioribus oneribus evictionis nomine

ne ſupponat, ipſum tamen avaritiæ cupidine propter ſpem conditionis minimè implendæ, ad venditionem vel hypothecam profilientem ſcire debere, conditione impletâ ab initio cauſſam in irritum devocari, ſicqve intelligendam eſſe, qvaſi nec ſcripta nec penitus celebrata fuerit; imo nec uſucapionem contra legatarium, procedere. *Vid. Brunn. in Comm.* ff. *ad L. 66.* ff. *De R. V. & in Comm. Cod. ad L. fin.* §. 3. C. *Comm. de leg*: Ubi ex *Tiraqu. De Retr. Conven.* §. 2. *Gloſſ. un. n. 36. Gail. L. 2. O. 137. n. 5. ſeqq.* hoc caſu Dominium *Interimiſticum à Domino Interimiſtico* ad emtorem tranſire docet, vi cujus hic fructus, quos percepit ſuos facit. *Molin. Ad Conſvet. Paris. P. 1. §. 22. n. 116.* ita tamen, ut reſoluto jure *dantis*, reſolvatur & jus accipientis L. *Lex vectigali 13.* ff. *De Pign.* 124 125.

Junxi in Capite II. Domino Interimiſtico rei ſub conditione legatæ, Dominium *Interimiſticum* rei in diem addictæ & ſub pacto *Legis Commiſſoriæ* venditæ, Qvare viſis hujus Interimiſtici Dominii effectibus, pergo ad EFFECTUS DOMINII INTERIMISTICI ratione REI IN DIEM ADDICTÆ ET SUB PACTO LEGIS COMMISSORIÆ VENDITÆ, qvas communiter exhibent Doctores in Commentariis *ad Tit. 1. & 2. Lib. 18.* ff. Qvorum ego ſi non omnes, principaliores tamen & famoſiores breviter ſubjiciam. Notam igitur mereri putaverim, qvod cum per ſubſeqventem à Domino traditionem emtor utroqve hoc caſu ſtatim Dominus fiat, L. *4. §. 3.* ff. *De in diem addict. arg.* L. 41. ff. *De R. V.* illum (1) poſſe rem vindicare. *L. 41. pr. L. 66.* ff. *De R. V. Brunnem: in Comm:* ff. *ad d. L. 41. pr. & ad L. 66. n. 1. Tiraqu. De Retr. Conven. Gloſſ. un. §. 2. n. 36. Donell. Lib. 20. c. 2. lit. H. ibique Hillig, Lauterbach. ad Tit. De add. in diem. & C. I. A. Eod. th. 6.* (2) Actione Publicianâ in rem age- *re. arg. L. 7. §. 2. verb: Poſſe* uſucapere; *Ergo &* publicianam 126 127 128 129

habebit. junct. L. 11. §. 4. ff. De Public. in rem act. & L. 2. §. fin.
130 ff. De in diem add. verb: & usucapere posse. (3.) Rem posse
oppignorare L. 4. §. 3. ff. De in diem add. L. 3. ff. Quib. mod.
131 pign. solv. L. 72. ff. De R. I. (4) Interdicto quod vi aut clam
uti. L. 4. §. 4. ff. De in diem add. L. 10. §. 11. junct. §. pen. ff.
Quod vi aut clam. C. I. A. b. t. th. 6. Lauterbach. eod. (5.) IN-
132 TERIM fructus ex illâ re perceptos suos facere L. 4. §. 4. in
fin. L. 6. pr. ff. De in diem addict. L. 5. ff. De L. Commiss. L. 4. ff.
Pro emtor. Mantica De tacit. & ambig. Conv. Lib. 4. tit. 28. n. 6.
(6) Omne commodum & incommodum ad ipsum perti-
133 nere L. 4. §. 4. ff. De in diem add. L. 11. §. 10. ff. Quod vi aut
clam. C. I. A. d. th. 6. Hinc (7.) Thesaurum sibi acqvi-
134 rere. arg. L. Un. C. De Thesauris. §. 39. I. De R. D. Lauterbach.
135 ad Tit. De in diem addict. & (8) periculum rei sustinere. L.
2. §. fin. ff. De in diem add. L. 4. §. 4. Eod. L. 2. in fin. ff. De L.
Commiss. Mantic. d. l. n. 8. Brussel. Tract. De Condit. Lib. 4.
Tit. 5. n. 7. Rath. Tract. De Rescind: vend. Assert. 74. C. I. A. Ad
Tit. De in diem add. th. 6. & ad Tit. De peric. & commod. rei
vend. th. 2. Lauterbach. Ad Tit. De add. in diem p. m. 246. & ad
Tit. De L. Commiss. p. m. 250. nec non ad Tit. De peric. & com-
mod. rei vend. p. m. 273. in fin.

136 Examinandi adhuc superessent ceteri Domini Interimi-
stici Effectŷ, ratione STATU-LIBERI; CREDITORIS qvi re-
cens Dominiũ impetravit; DONATARII, cui fundŷ mortis cau-
sa donatus; LIBERTI, cui Patronus liberos non habens, aliqvã
facultatum suarum partem donatione largitus fuit; DOMI-
NORUM RERUM RESTITUTIONI OBNOXIARUM;
REI PER FIDEICOMMISSUM RESTITUI JUSSÆ;
EMTORIS REI SUB PACTO RETROVENDITIONIS
VENDITÆ, &c. Ceterum, cùm in his nil speciale deprehen-
137 dam, qvod ex jam dictis non satis manifestum esse, decidiq;
possit, ne modum migret Disputatio, sumptibus ac tempori
parcens in Regulâ hac generali.

Qvi-

Qvicunqve Dominÿ in genere considerati sunt effectus, 138.
iidem qvoq;, nisi specialis Legis prohibitio, aut natura rei obstet, Dominÿ Interimistici dici possunt.

Dissertationi meæ terminum pono præsentiqve labori humeros subtraho; DEO interim TER OPTIMO MAXUMO pro præstito hactenus adjutorio gratias agens devotissimas ejusque clementissimo auxilio omnia porrò conamina mea submissâ mente commendans. A TE autem CANDIDE LECTOR, si quod in hisce, quæ nunc exhibui minus rectè aut parum convenienter dictum est, id pro eâ, qvam cuiqve debeo, reverentiâ ac pietate deprecor, non nescius, nimis superbè illum dedignari mortalitatem, qvi peccasse, erubescit.

S. D. G.

NOmen ab EXIGUO *dum fers, virtutibus* INGENS,
Siccine, mi KLEINI, *nomen & omen habes?*
Omen habes. Solidi Tibi qvanta scientia Juris
Parta sit, hæc referet, qvæ Tibi MAGNA, *dies.*
Nomen id excipiet, TITULOS *cui nectere* MAGNOS,
Qvam colis, ecce parat devenerandа Themis.
Sic & clarus eris doctrinâ & honoribus auctus,
Sicq; canet MAGNUM *Tepia Musa* VIRUM.

His festinatis Nobilissimo KLEINIO, J. Candidato longè dignissimo Fautori & Amico optimo, publ. pro capessendis summis in Jure honoribus disputanti animitus adplaudit

GOTTLOB FRIDERICUS Seligmann/
Metaph. & Phys. Prof. Templi Cathedr. Archid.
& ap. Lipsi adhuc Ducal. Collegiat.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0065
DFG

TErtius ex illis scandit qvoqve culmen honoris,
Qvos placidus, blandus, studiorum fonte rigavit
Ambo Magisterii laudem, titulumqve tulerunt,
Hic JURIS CULTOR DOCTORIS nomine dignus,
Dignè Doctorum conscendit pulpita docta
Docturus doctè, signant qvæ Lumina juris.
Gratulor ex animo, qvæ vis Tibi fausta precatus,
Det Deus eveniant, qvæ sunt sudore parata!

M. JOHANNES JUSTUS Mohr/
Scholæ Rostochiensis Rector.

EXiguos qvando fines telluris alumnis
Alma parens posuit vitæ simul atqve laborum
Ut vix tentatis, qvæ longè maxima tentat.
Omnibus innatus qværendi nominis ardor
Et vita & studium vanas solvatur in umbras,
Nunqvam, morte carens animus, pars optima nostri,
Exiguis his temporibus tentamina claudi
Fert sua sed nomen cum laude per ora virorum
Usqve volare cupit, dum pascit sidera cœlum;
Atqve adeo virtutis opes clarescere nostras
Orbi, sermones cum doctis cædere doctos,
Scripturisqve docere alios, qvos dissita tellus
Præsentes nobis nunqvam lustrare licebit,
Solum in deliciis, huc totaqve vita refertur.
Sic Te per doctas juvenum decus edere voces
Et Sanctæ Themidos perplexos solvere nodos
Sæpius audivit bene lætans alma Rosarum.
Qvin imo materies, qvæ qvovis tempore juris
Doctores tenuit dubios, modo reddita luci
Ingenii jam dexteritate Tui, Tua portat
Nomina, qvo Roseæ doctissima scripta vehuntur;
Exin nostra Themis sanctè veneranda, coronam
Justitiæ mystis sacram, Tibi nectit & offert,
Omni Musarum Tibi sic gratulante cohorte:
Justitiæ & Legum cultor flore as vigeasqve
Et fama laudum celebri cantere per orbem;
Sit laurus felix omniqve ex parte beata.

CASP. MATTH. Müller.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0066
DFG

SIc ergo infacundia mea fœcundiſſimo argumento
eſt accommodata !
dum
inter meritorum ſodalitium ſplendido in *Honoris faſtigium*
deductus eſt comitatu
Vir Juvenis Prænobilis & Clariſſimus
DN. JOHANNES KLEIN/ Roſtochienſis,
J. U. Candidatus egregius,
Amicus & Fautor meus colendiſſimus.
dum, inqvam,
Inaugurali ſua *de Dominio Interimiſtico Diſputatione*
in ROSETO noſtro floridiſſimo,
ad DOCTORIS GRADUM aditum ſibi parat.
Huc itaqve mentem & oculos converte
CURIOSE LECTOR!
& debitum *giganteæ Virtuti Kleinianæ* mecum defer honorem,
ac dudum promeritas laudes:
qvas
maximè exornavero, ſi nude narravero;
Proinde
Orator ambitioſè haberi nolo:
Sed Tuæ, Amiciſſime, Virtutis domeſticæ teſtis oculatus.
Unica interim in publicis qui Te ambiunt honoribus
me circumſtat dubitatio,
incertum animi:
Tuosne Tibi honores, an de Te honoribus gratulari conveniat?
Haud fallar, ſi affirmaverim:
Te, qvod uspiam honori ſplendidum obtigit
ultra voti audaciam præſtare;
qvem honores non tam ornare, quam à Te ornari videntur.
O felix ROSETUM!
Purpureus enim tuus *roſeuqve color* hodie beata meta-
morphoſi tranſit in *candorem*.
Candida eſt, qvam olim feliciter progerminaſti, *Roſa* tua;
Nos enim omnes
Hunc Tuum *Filium Utriusqve Juris* ſalutare jubes *Candidatum*.
Roſeti germen i. e. *Roſam* Te voco,
Præcellens *Kleini*.
& qvidem haud immerito; Nam

Nam *flos ingenii* tui viribus naturæ artisqve certatim *exultim*
vernavit in dies,
& hodie ad maturos honoris *matureſcit fructus*.
Nimirum:
Roſeus ille vernantis *Virtutis color*, *purpureæ gloriæ* meſſem
uberrimam, qvam hodie colligit ROSETUM,
jamtum promittere videbatur;
Cum *primo* ætatis *vere*, in vitiorum *tribulos* plerisqve luxuriante,
Tu
in *Virtutis* integerrimæ *Roſam* raro exemplo excreviſti.
Eqvidem
non caruit *florida* Tua *Virtus ſpinis* aculeatis,
Tibi ſvaviſſimis, qvamvis *invidis*.
qvia harum ope *Roſa* hæc tutior & pulcrior *in virtutem purpuravit*;
ſiqvidem inter malevolorum aculeos
ceu *Roſa inter ſpinas* formoſiſſime rubeſcebat.
Aliàs dum Roſa ſolo inhæret utilius excipit ſolem; hæc minimè:
Sed extra *Roſeti* arva in alio ſolo maturitatem ſuam promotam voluit.
Scilicet:
Lateant illi domi qvi foris Patriam obſcurant;
latius ſpargit hæc *roſa* odorem, & terras alieno ſole calentes amat.
In his unicus Tibi hoſtis fuit ignorantia,
qvem ſudorum certaminibus profligare ubiqve voluiſti.
Non te latebat, Amice, per laborum diſcrimina tendi in Latium:
Prout enim nec Annibali Alpes, ita nec Tibi ſublimioris eruditionis juga
citra ſudorem patuere.
Teſtes provoco
Præter *Acad. Patriam*, almam *Viadrinam*, *Pregelanam*, *Albertinam*,
loqvantur cathedræ:
qvæ Tuis ibidem adhuc perſonant laudibus,
in qvibus certaminibus ſtrepuiſti eruditis.
Peroret *dies* hodiernus *lapillo candido* propterea notandus;
qvia Tuo in ſermone ſonora,
Tuo in ore ſpectabilis ſapientia,
mirabiles excitat amores ſui.
Hac, inquam, luce ſæpius preſſam felix iterum conſcendis cathedram,
Et inſimul ad remota juris deſcendis penetralia;
ut ſcalam novam Tibi fabrices ex jure prædicamentali
ad Gradum Doctoratus.

Plerisq;

Plerisq;
hic honor precario et nummis obtigit;
sine impendio meritorum.
nam his temporibus
Auro pulsa fides, auro venalia Jura,
adeò,
ut virtutis in publicum emersuræ aditâ, facile aureâ
reserantur clave.
Nimirum si nil tam sanctum, qvod non violari; nil tam munitum qvod
non expugnari pecuniâ possit:
haud me subit admiratio!
Auro emendicatas vinci Virtutes, cum eruditione neqveant?
hinc qvidam aureo asello Heliconis fastigium facile ascendunt.
Nil refert
qvod qvovis Hipparchione mutiores in Cathedris Academicis
eruditioni exeqvias parent.
Nam si illud obtineret:
Loqvere ut te videam;
in vincula excubanti ad fores *ignorantiæ* facilè iterum *traderentur*;
satius ergo est tacere, qvam Juris secreta temerare.
Tibi, ceu illis,
non steriliter *Jurisprudentiæ* succrescunt *laureæ*,
dum ex virtutibus eruditioni gloria accedit; non eruditioni ex honore.
Illis hæc eruditionis liberalius coëmpta principia, simul sunt termini,
Tibi primordia.
Nam qvod tales aureis suffragiis, Tu unicè debes meritis,
qvi nullam in eruditionis laude coronam pateris;
Et tamen tibi inter primordia hærere videris,
dum summum gloriæ pertigisti.
Atqve hunc in modum
Tacita gloria Virtutis pedissequa est.
Alias qvippe nec nosceretur nec coleretur regina *Virtus*;
nisi in comitatu *ancillantem honorem*,
nisi pedissequas haberet dignitates.
Nil restat,
qvàm ut præstantissimi ingenii florem Roseti purpura ambitiosè, ornet
ut illo rubeat illustrior.
Nil super est, qvam *coronanda auro manus* in solemni Doctoratûs panegyri;
& unà cum manu mentis tuæ capacitas, inqve omnem
partem solers ingenium.
Exporriges tunc manum ut

ut capiat æternitatem: Cui vel ipso *annuli* circulo
tunc U. J. DOCTOR præludes;
cui hoc *perennitatis pronubo*, *hoc sponsore subarrhatus*
ad aras destinaris!
Dudum *Gemmas huic annulo inserendas*, (α) collegisti;
ut scilicet his ipsis Rosa splendidius gemmaret,
ac erudito *sacerdotio* non ita pridem solemniter demonstrasti,
qvalis tandem sis futurus
Justitiæ Sacerdos. (β).
Nunc Resiste hic iterum admiratione defixa,
resiste præceps in exitum hæc qvaliscunque *Oratio*!
quæ Rosæ florentissimæ hanc qualemcunqve gratulationis
cultricem auram dicasti,
Ego, Amicorum oculissime,
Angusto hoc schemate Virtutes tuas cum eruditione
certantes admirari volui;
quæ, qvamvis in arduum & augustius sint evehendæ theatrum,
in quo plausum ex æqvo referrent:
infacundo tamen ore meo adumbratæ fuere.
unde qvod hic omnes desiderabunt, fœcundissimo complectar voto;
ut, *qvi in præsenti U. J. dignissimè existis Candidatus*:
insimul omnigenæ prosperitatis,
imò *serâ tandem æternitatis evadas Candidatus*!
Qvibus, *Candide Klein!*, ut ex Rosæ Tuæ fructuoso cultu
semper Tibi delecto *Candore* sim amicissimus,
insimul opto.
Jam iterum averte oculos tuos Lector!
Et si malevolus es; vide ne noctuarum indolem diligas, qvæ sine
lippitudine virtutum clarissimum lumen sustinere neqveunt.
Si benevolus es; hoc attentius mecum perpende:
Gloriosam eruditionis famen non expleri, nisi depromtis
ab honore alimentis.

P. P.

M. CHRISTOPHORUS CALOVIUS,
S.S. Theol. Stud.

(α) digitum intendo in Disp. Dn. Candid. *de Gemmis*, Francofurti sub Præsid. L. Reimersen Anno 1679. habitam.

(β) Et in illam sub Excell. D. Radovio *Seniore Facult. Juridicæ gravissimo de Officio Jure-Consult. Sacerdotali* Anno 1683. Rostochii habitam.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0070
DFG

WAnn unermüdter Fleiß / Geschicklichkeit und Tugend /
Sich schon verspüren läst / bei einem in der Jugend /
Ist steiffe Hoffnung dar / das er ein solcher Mann /
Sich künfftig zeigen werd / der villen nützen kann.
Worauf dann folgen muß / der Tugend grosse Ehre
Die die zu krönen pflegt / die so nach weiser Lehre
Mit vieler Müh und Schweiß / in steter Einsamkeit.
Sich Tag und Nacht bemühn nach der gewünschten Zeit.
Diß sieht mann wehrter Freund / an ihm itzund erfüllet /
Sein unermüdter Sinn / wird hiedurch was gestillet /
In dem der Himmel ihn mit Annuhts-Wind erfrischt.
Der lieblich mit Geruch / vom Lohrber-Stam vermischt.
Doch was er jetz erlangt / hat schon verlängst verdienet
Sein Fleiß und seine Treu / von denen hoch gerühmet /
So sie genutzet hat / und denen wohl bekant /
Wie er so wohl geführt / die ihm vertraut zur Hand.
Wohlan ich wünsche Glück / kein rauher Wind versehre
Den schönen Lohrber-Krantz / der Himmel selbst vermehre
Desselben hellen Glantz / damit in voller Pracht /
Er aller Neider Wuht und Ungestüm veracht.

Diese geringschätzige Zeilen hatt seinem geneigten Gönner und wehrtem Freunde zu Ehren eiligst entworffen /

David Ukermann / Rigâ Livonus.

JOANNES KLEIN / ROSTOCHIENSIS

Anagr.

ANNE SOLIS ICON NECIS IT HEROS?

EThnica prudenter Musarum, Phœbe, cohorti,
Gens Te præfecit, mota nitore tuo,
Scilicet, ut solem, dotatos Palladis arte,
Doctrinæ radiis, laude nitere rata.

Æmu-

Æmulus hinc Pœbi visus post fata nitere
Inter candentis sidera celsa poli:
Heros ire necis, radios, qvi *solis* ut *jcon*
Doctrinæ vivus sparserat orbe suæ.
Interit ut nunqvam sol, qvamvis nubila cingant;
Per nubes radios projicit ille suos:
Gemma velut nigro stellans projecta fimeto,
Dispergit radiis fulgura clara suis.
Sic sibi clara suâ statuens virtute tropæa,
Devictus, victæ, victor & ipse necis,
Qui celeri vivus nisu mortalia terræ
Effugit, exuvias exuit ille necis,
Æternos ignes spargit, nec clauditur urnâ,
Cujus defuncti fama venit cineri.
Quin age, jàm roseis effulge lutee bigis,
Phœbe diem lætum lumine sparge novo,
Clarius inspira præclaro lumen alumno,
Æmulum & illustra, condecoraqve tuum;
Lætitiâ exulta Themidi devota juventus,
Læta die læto carmina læta cane.
Eccè tuo ex numero jam MECOENATIBUS *Heros*,
Mistus, doctrinæ præmia digna capit.
Clarorum claram natis insignis avorum
Addit honos lucem præsidium atqve decus:
Sed claris ortos Proavis ludibria famæ
Degeneres Natos fallere sæpe solent.

Lumi-

Lumine majori fulget qvem candida virtus
Ornat, & ingenii fama, decusqve ſui.
Qvi propriis *graditur mortis* virtutibus *Heros*
Aurea qvem virtus, lumen, & ornat honos.
Aſt duplices ſpargit radios, qvi gaudet utrisqve;
Qui ſplendet propriis laudibus, atqve Patris.
Gloria qvem Patris, ſtimulis exempla laceſſunt,
Qvaqvepedem fixit, qvem juvat ire viâ.
Quanam igitur clarâ Te dicam luce nitere,
Qui famæ radiis ſidus ubiqve nites?
Quis locus in Patria Patris non plenus honoris,
Et congeſtarum cognitionis opum?
Defunctus dudum, vivit, poſt fata ſuperſtes,
Mortuus incepit vivere laude ſua.
Defunctum dico? viva ejus reſtat imago,
Natus virtutes, qvi Patris ora refert.
Roſtochium vidit ſplendentem murice Patrem
Scandere doctrinæ digna theatra ſuæ.
Occupat ejusdem jam Natus munus honoris
Militiæ ſtatuens clara tropæa ſuæ.
Immortale decus! reddis cum fœnore famam,
Ac nomen generis tollis ad aſtra tui,
Præclaram Patri lucem virtute refundis,
Evehis illius nomen & ille tuum.
Omine Tu Magnus! PARVUM, qvem nomine dicunt,
Arbuſtum ſpernis ſylva ſuperba juvat.

De-

Defuncto grator tanta de Prole Parenti,
Per qvam vita redit, Spiritus ipse Patri,
Cognatisqve tuis de tanto grator Amico,
De tanto grator, Patria, Cive Tibi,
Ac almæ Themidi de tanto grator alumno
Scrutato studio jurâ sacrata Deæ.
Doctaqve de tanto jàm lumine plaude juventus,
Aspice, qvam mercem det benè culta Themis.
Gratulor, ut Patriæ, radiet tua vita jehovæ,
Et clarum toto lumen in orbe ſies.
Neſtoreos annos juris, legumqve Sacerdos
Exige, perpetuâ proſperitate vige.
Qvem virtus, pietasqve, comesqve ſcientia ſtipat,
Nec juſtum gemina pendere lance fugit.
Qui ſic obſcuris accendere legibus ignes,
Et ſpiſſas tenebras luce fugare ſapit,
HEROS NONNE NECIS Themidos fulgebit in arte,
Non famæ radiis SOLIS is ICON erit

Hiſce Nobiliſſ. ac Clariſſimo Domino Johanni Klein, J. U. Candidato Digniſſimo, Fautori, ac Amico ſuo nunqvam non colendo pro ſummi in utroqve jure honoris conſeqvendi licentiâ diſputanti gratulabundum conteſtari voluit affectum,

THOMAS MAUW, *Holſ.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0074
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0075
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0076
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0077
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0078
DFG

nistratio concessa, qvamvis dissent, Merckelbac *k. Vol. I. cons. 13. n. 61. & inibi all.*

§. 9.

Annumerari qvoqve potest in Germaniâ bitra- riis publicis VII. *Societas Clientelaris*, qvæ *inter P* *lientes* intercedit, & in Imperio admodum freqvens es apud Dn. Becman. *in pol. par. c. 11. §. 4.* Sicut autem hîc P entes *omnia illa jura* concedenda sunt, *sine quibus c* eri & auxilio adjuvare *non potest*, qvò etiam *jus mi* & ali- qvando *jus aperturæ* pertinet; Dn. Stryk. *de ju* . terr. *c. 1. n. 125. sqq.* Dn. Fritsch. *in Tr. de iure* n. 17. *seqq.* Ita impunis est Clientum erga Protec entia, *si vel etiam qvoad hæc jura pacto sibi prospexerint,* Rever- *sales* inter Protectorem & Clientes usitatæ, vid. r. Re *vers. c. 7. vel justam non parendi causam* habeant, torem in se imperium qværere metuant, aut illius mil ntagi- oso veniant, ubi jus aperturæ licitè denegabunt. s. ad- *jut. c. 2. §. 18.* Multo magis autem impunè inobe i Pro- tector *sub protectionis prætextu* Superioritatem si Clien- tes tribuere, &e. g. actus jurisdictionis exercere, *Tesenb.* 10. *Qu. 2.* vel Clientes, (ubi tamen casum summ xcipit Dn. Wildvog. *in Diss. De protect. censu c. fin. n. 10.*) c Klock. *vol. 1 cons. 12. n. 31.* Dn. Lyncker. *Decataxtris c. 3 §.* derati & adhærentes non fiant subditi, Klock. *cons. 37. n.* c tœ- dus Protectorium jus superioritatis inferat, on deri Reichs vogteyen *p. 417. & 489. & ibi. all.* Mag. *de A* *p. 439.* *& c. 3. n. 401.* Böcler. *in not. S. R. J. L. 16. c. 3 §. 3. & C* *modis* qvidem *plenariis subditis* æqviparentur, *in oneri* *deter-* *minationem* non teneantur, Dn. Stryk. *all. l. n. 134.* Clien- *tibus invito Protectore Jus Protectionis excutere lic* *negan-* *dum* videtur, si pro Protectione *certus census* etur, cum jus Protectori semel ex contractu qvæsitur iferri neqveat: *Secus* vero, si *gratuita* sit *protectio*, ub avori renunciare utiqve poterunt, cum Protectoris ho er sit, vid. omn. Mantz. *Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.*

§ §. 10.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74616288X/phys_0079
DFG